*Diceret urendos,*‘ argenti bratteolae sint.
In libro Uestis dat Sitonius trabeas tres,
In quarum numero purissima purpura diuum,
Purpura cum candore parum regalis habetur,
Purpura cum croceo, quae dicitur augurialis.
Iuste damnati miseri sit cordia uere,
Iniuste rei clementia dicitur esse.
Culturam Domini pietatem dicimus esse,
Latria seu mauis theosebia sunt in eodem,
Ex hinc impietas idolatria dicitur esse.

---

### *Cap. XI.*

## De nominibus neutris.

Praenomen differre facit, cognatio causa
Est cognominis, agnomen dic significare
Euentum, nomen personam denotat ipsam.
Praesulis indictum, dic edictum fore regum.
Densatum proprie quod sit densum liquet esse,
Luci densetum dicas ubi cernis opacum.
Quod canitur psalma est, interpositum diapsalma,
Est in psallendo sympsalma innexio uocum.

---

296. P $U^{1.2}$ $G^{2}$ $\mu^{1}$ $p^{2.3}$ sint R sunt (sequuntur in codd. $U^{1.2.3.6}$ uersus 301. 302. 297. 298. 299. 300 303. 304. 305). — 297. M sitonius $\mu^{1}$ sittonius $U^{6}$ satonius $U^{2.7}$ sytonius $U^{4}$ sythonius $G^{1}$ sinthonius PR sithonius (gl. *Sithonius ille actor ponit in suo libro, quem de uarietate uestium composuit, tres species trabearum seu preciosarum uestium* . . . gl. marg. cod. $U^{1}$: *sithonius est proprium nomen cuiusdam philosophi, qui tractauit de diuersis generibus uestimentorum* gl. marg. cod. M: *sithonius ē proprium nomen cu⁹dā poete qui tractauit de diuersis generib; uestimentorū.* — 299. $U^{2}$ cum candore simul . . . (gl. *aliam dicit purpuram candore modice nitentem, quae pertinet regibus.*). — 305. $U^{7}$ Ex hoc.

2. $U^{4}$ dic agnomen. — 4. $U^{5.7}$ $G^{1}$ $\mu^{1}$ regis. — 5. $U^{1.6}$ $\mu^{1}$ proprie sit quod $U^{3}$ proprie dic quod. — 6. P Ludi $U^{6}$ dicis M $p^{1}$ dices. — 7. $U^{1}$ $G^{1}$ M $p^{1}$ om. *est* post *psalma* $U^{1.2.5.6.7}$ $G^{2}$ $\mu^{1}$ dyapsalma. — 8. $U^{4}$ inflexio M connexio $\mu^{1}$ nexio PR innexio.

At quidam diapsalma uocant exordia sensus
Alterius, quidam pausam spiraminis esse
Sancti, sed quidam quod sit mutatio metri
Dicunt, at quidam quod sit distinctio rhythmi.
Zela quod est semper dicatur, ut Aquila dicit.
Dicitur a iactu iaculum, telum quia longum,
Missile nomen habet quia mittitur impetuose:
Spicula uel pila generaliter ista uocantur.
Martis dic arma, sed dic armenta bubulci,
Armamenta quoque dic instrumenta carinae.
Terga uiri proprie dicuntur, tergora caprae,
Est pellis tergum cum carne cuticula dorsum,
Est tergus sine carne cutis, caro cum cute tergum:
Tergoris hoc faciet, illud tergi genitiuum.
Oscula pacificis, sed basia dantur amicis,
Suauia lasciuis dantur porrecta labellis.
Uelum cortina, uelum tectura uocatur
Templi, tunc uelo fore dicitur eius origo.
Est instrumentum magnae nauis quoque uelum,
Tunc non a uelo, sed sumitur a ueho uerbo.
Paruum rete notat hoc nomen reticulum, quin
    Quod tegimen capiti ponere uirgo solet
Dictum sit, simile quoniam reti liquet esse.

---

9. U$^{7}$ G$^{1}$ M p$^{1}$ Et quidam. — 10. (U$^{4}$ om. h. u.) — 11. U$^{3}$ Sacri U$^{1\cdot6}$ p$^{3}$ distinctio rithmi. — 12. U$^{1\cdot6}$ sed quidam P ac quidam R at quidam U$^{1\cdot6}$ p$^{3}$ mutatio metri (U$^{4}$ om. h. u.). — 13. U$^{3}$ $\mu^{1}$ p$^{1\cdot2}$ Sela U$^{7}$ G$^{1}$ Cela PR Zela (gl. *Hoc zela, ut dicit aquila poeta, est res quae semper est, ut deus uel angelus.*). — 16. P Spicla simul pila . . . codd. Spicula uel pila (p$^{3}$ tela). — 17. U$^{7}$ p$^{1}$ sic dic U$^{4}$ sed sunt. — 18. $\mu^{1}$ sunt instrumenta p$^{3}$ dicas. — 22. (M p$^{1}$ om. h. u.). — 24. P dantur basia labellis U$^{1}$ donantur grata labellis R dantur porrecta labellis. — 25 U$^{1\cdot2}$ textura PR tectura (gl. *coopertorium*). — 26 G$^{2}$ p$^{2}$ tunc fore uelo dicitur eius origo U$^{7}$ tunc fore uelo eius uocatur origo. — 28. P Non tamen a uelo . . . codd. Tunc non a uelo . . . PU$^{1\cdot2\cdot6}$ sed dicitur R sed sumitur. — 29. (hic uers. et insequentes duo absunt a P) quin (gl. codd. U$^{2}$ p$^{1}$ *insuper*). — 30. U$^{1\cdot3\cdot4\cdot6}$ p$^{3}$ Quod tegimen R Tegimen quod $\mu^{1}$ p$^{3}$ capite R capiti. — 31. U$^{1\cdot4\cdot6}$ solet esse R liquet esse.

Oscillum notat os minimum, funis quoque ludum,
Quo se de more portant per inane puellae,
Hoc quoque ficticias dic significare popinas.
Stemma genus, stigma cocturam, themaque causam,
Sçemaque rhetoricum tu dicas esse colorem.
Sunt fastidia taedia, sed fastigia celsa:
Huic fastus, illi fastidio dic caput esse.
De re iocunda metrice sunt carmina scripta,
Dictamen prosa est a metri lege solutum
Carmen, certa pedum dimensio sit tibi metrum.
Dicitur unguentum, quoniam nos ungimus ipso,
Et quoniam fragrat datur hoc sibi nomen aroma.
Dic epicausterium scriptoribus esse cathedram,
Est epicauterium fornax, qua decoquis ollas,
Aut illud longum, quo fumus ab aede recedit.
Fercula sunt epulae, sed sunt encaenia dona,
Quae quandoque probis causa mittuntur honoris.
Sunt praesagia uatum, sunt oracula diuum,
Tu quoque responsum dicas utrumlibet horum.
Sunt oracula uaticinia, sunt quoque templa,
Et quandoque tamen oracula somnia dicas.
Hoc nomen uerbum designat quattuor ista:
Est deceptio pars et filius atque loquela.

---

32. $U^3$ os paruum P ludi. — 34. $U^7$ Hinc quoque $U^5 G^1 \mu^1$ dicunt signare $U^7$ pupinas PR popinas (gl. *pupas*) — 38. $G^2$ M $p^1$ isti $p^2$ fastidio dic illi . . . $p^3$ illi dic fastidio . . . — 39. P et codd. iocunda P $U^1 p^3$ dicta R scripta. — 40. $U^1 p^{2.3}$ om. *est* post *prosa* $U^5 p^2$ soluta. — 41. P Carmen $U^5$ Carmina R Carmine $U^3$ diuisio. — 42. $\mu^1$ Dicimus PR Dicitur $U^{2.3.4.5} \mu^1$ ungentum $G^1$ ipso M $p^1$ isto PR illo. — 43. $U^7 p^1$ flagrat $U^4 p^2$ fraglat. — 44. P $U^5 p^{2.3}$ epicaustorium $U^6$ epicastorium $U^2$ epycasterium R epicausterium ($G^2$ epichausterium). — 45. P$U^{5.6} p^{2.3}$ Est epicausterium $U^1$ Ast epicausterium $G^2 \mu^1$ Ast epicauterium $U^{2.7} G^1$ Est epycauterium $U^3$ M $p^1$ Est epicauterium $U^4$ Dic epicauterium $U^3$ ubi decoquis . . . — 46. $U^1 G^1$ Ast . . . $\mu^1$ At . . . — 47. $U^{6.7}$ sed dic $\mu^1 p^2$ exenia M $p^1$ exennia. — 48. M amoris. — 49. $U^7 G^2 p^3$ sed sunt. — 50. $U^{1.4.6}$ responsa PR responsum P dicas utrunlibet esse. — 51. $p^1$ om. h. u. — 52. $U^3$ Ast . . . $U^{3.4.5} G^1 \mu^1 p^3$ dicas PR dico. — 53. $U^1$ illa. — 54. P filius dei.

Augurium faciunt garritus, auspiciumque
Aspectus facit, osciniumque fit ore citato.
Dicitur a peno penus, quod nutrio signat,
　　Namque reponuntur res ibi, quis alimur.
Ast a celando dicas cellaria, namque
Quae sunt ad uictum spectantia quaeque reseruant.
Sic a promendo dici promptaria firmo:
Si causam quaeris, quia uictus promptus ab illis.
Deuia sunt siluae, uirgultique auia, limphae
　　Inuia, saepe tamen haec legis improprie.
Pertinet ad terrena ministerium, sacra signat
Mysterium, sed et officium comprendit utrumque.
Affirmes hominum scelus esse nefasque deorum.
Ius lex humana, fas lex diuina uocatur,
　　Ius contra scelus est, fasque nefas remouet.
Carbasa sunt quia base carent, uelum quia nauem
Reddit uelocem, de quo sint lintea signant.
Materiam gracilem murorum moenia dicas,
Ast interstitia sunt propugnacula dicta.
Fercula sunt epulae uariae, sunt fercula currus:

---

56. P osciuium fit $U^1$ oscinium sit $G^1$ oscinium fit ab $U^6$ $p^3$ occiniumque fit R osciniumque fit. — 57. P a penu penus $U^{1.6}$ a peno penu R a peno penus. — 58. $G^2$ $p^2$ ibi res. — 59. P $U^{1.2.4}$ $G^{1.2}$ $p^{1.3}$ dicas R dices P $U^{2.4.6.7}$ $G^2$ $p^3$ celaria R cellaria (gl. *celarium dicitur de celo as, quia celat omnia necessaria ad uictum, uel a cella quae est parua domus*). — 61. $U^1$ Sic a promendo $U^{4.7}$ $\mu^1$ $p^{2.3}$ Ac . . . $U^5$ At . . . PR Ast . . . $U^2$ fore promptuaria dicas (ł firmo) $G^2$ dici prontuaria dico $\mu^1$ dic tu promptuaria dici PR dici promptuaria ($U^{4.6}$ prontuaria) firmo. — 62. P Sic causam queris $U^{3.7}$ M $p^1$ Si queris causam $G^2$ Si tamen queris R Si causam queris $U^1$ quod promptus uictus ab illis $G^2$ quia promptus uictus ab illis PR quia uictus promptus ab ($U^3$ in) illis. — 66. P uerum officium comprehendit utrumque $U^{1.5.6}$ $\mu^1$ $p^{2.3}$ sed officium comprehendit utrumque $U^{4.7}$ sed officium comprendit utrumque $U^{2.3}$ $G^{1.2}$ M sed et officium comprendit utrumque $p^1$ tamen officium comprendit utrumque. — 67. $U^2$ M $p^1$ Affirmas PR Affirmes. — 68. ($G^2$ om. h. u.). — 70. P $U^{2.6.7}$ $G^1$ M $\mu^1$ $p^2$ uelum quoque nauem. — 71. $U^{3.5}$ $\mu^1$ sunt (gl. *lintea a lino de quo fiunt nomen sumpserunt.*). — 72. $U^{2.5.7}$ $G^2$ $p^2$ Materiem $U^1$ dices PR dicas. — 73. $U^5$ $G^1$ $\mu^1$ At . . . — 74. $p^3$ sed fercula.

Fertilis esto caput primo, fero fersque secundo.
De breuibus simul utilibus compendia dicas,
De longis et inutilibus dispendia, quae sunt
Longa sed utilia dicas impendia uere.
Quis pomi plures loca tu pomeria dices,
At pomaria sunt ubi poma absconsa tenentur.
Exemplar liber est, exemplum quod trahis inde:
Exemplum trahitur, exemplar dicito de quo.
Est domuum doma summum doctrinaque dogma,
A domos primum uenit, a doceoque secundum.
Sunt uirgulta loca, quibus est arbor noua tantum,
Sed uiridaria sunt, noua quis uiret atque uetusta.
Dicitur a templor templum, quod non habet usus,
Nam contemplari debemus in hoc bona tantum.
Sunt a delendo uel deluo delubra dicta,
Namque precamur in his a nobis crimina tolli.
A fando fanum dicetur, uel quia fandum est
Hic pro delictis, siue per antifrasim,
Aut a fane, quia parent ibi saepe maligna.

---

75. $U^{2}$ primi — secundi. — 76 $G^{2}$ dices — 77. $U^{3}$ dispendia dicas $p^{1}$ dispendia dicas (ł q̄ ſt) PR quae sunt ($G^{2}$ om. h. u.). — 78. P et utilia M $p^{1\cdot 2}$ dices PR dicas. — 79. P $p^{3}$ pomaria $U^{1}$ $\mu^{1}$ $p^{2}$ dices PR dicas. — 80. P $p^{3}$ Ac . . . $U^{1\cdot 3\cdot 5\cdot 6}$ M $p^{1\cdot 2}$ At . . . R Ast . . . $G^{2}$ $p^{2}$ pomeria $U^{3}$ absconsa manebunt (al. m. *ponentur*) PR absconsa ($U^{5}$ abscondita) tenentur. — 81. $U^{1}$ quod accipis inde. — 82. $U^{1\cdot 7}$ $G^{1}$ Exemplum quod sit, exemplar dicito de quo $\mu^{1}$ $p^{1\cdot 2\cdot 3}$ Exemplum dic quod, exemplar dicito de quo PR Exemplum trahitur, exemplar dicito ($G^{2}$ dicitur) de quo ($U^{3}$ *est* al. m.). — 83. P Est domuum doma: tibi sit doctrinaque dogma (recepi codicum lectionem). — 84. $U^{2}$ dic (pro *uenit*). — 85. $p^{3}$ uirgulta loca PR loca uirgulta $U^{2}$ secta (pro *tantum*) — 88. $U^{2\cdot 4\cdot 6}$ $p^{3}$ Nam contemplari PR Quod . . . $U^{3}$ in hiis $p^{1}$ ibi. — 89. $p^{1}$ Sint (ł ſūt) PR Sunt $U^{1}$ M deluo PR diluo. — 90. $U^{5}$ Nam . . . — 91. P dicatur codd dicetur $U^{1\cdot 2\cdot 3\cdot 4}$ $\mu^{1}$ $p^{1\cdot 3}$ fandum PR fandum est. — 92. $U^{1}$ Est hic a delictis $U^{2}$ Est hic delictis $p^{3}$ Est hic pro delictis $U^{3}$ $G^{2}$ Est de delictis $U^{6\cdot 7}$ M $\mu^{1}$ $p^{1\cdot 2}$ Hic de delictis PR Hic pro delictis. — 93. P $U^{1\cdot 3\cdot 5\cdot 7}$ M $\mu^{1}$ $p^{1\cdot 2}$ fane R phane P $\mu^{1}$ quia parant $U^{1\cdot 2\cdot 3\cdot 5\cdot 6}$ M quia parent $U^{4\cdot 7}$ $p^{1}$ quia patent $p^{3}$ qm̄ parent $G^{2}$ quod apparent $G^{1}$ $p^{2}$ quia apparent.

Sinciput anterior capitis pars dicitur esse,
Occiput at partem designat posteriorem,
Ac partem mediam dicas interciput esse.
Quod natum uite sit uinum dicimus esse,
Dicitur inde merum quia nil sit aquae sibi mixtum,
Bachus quod furere faciat, temetum quia forte.
Attendas proprie carchesia uasa sacrorum,
Ast instrumentum dicas carchesia nauis.
Gutturis est imum rumen, frumen quoque summum,
  Rumino fons primi, sed fruor est reliqui.
Gausape praesepe non mutant e neque cepe,
Istis Praeneste superaddas atque Soracte.
Pignora natorum dicuntur, pignera rerum,
Quod datur in pignus non mobile dic hypothecam,
Sed quem lex docuit pro pignere pignora ponit.

---

94. M $p^{1.2}$ pars capitis. — 95. P ac partem. — 96. P $G^1$ M Ac partem mediam $U^4$ $G^2$ Et partem mediam $U^7$ Ac mediam partem $U^{2.5}$ $p^2$ Et quod utrumque tenet P $U^{4.7}$ $G^2$ M dicas interciput esse $G^1$ interciput dicimus esse $U^{2.5}$ $p^2$ interciput esse probatur (R om. h. u.). — 97. $U^5$ Quod natum uite uinum est sic dicimus esse $U^6$ Quod natum uite nos uinum dicimus esse $\mu^1$ $G^3$ Quod natum uite uinum sit dicimus ($G^3$ dicitur) esse $p^1$ Quod natum in uitte (gl. ī uinea) sit uinum dicimus esse PR Quod natum uite sit uinum dicimus ($U^{1.3.7}$ dicitur) esse. — 98. $p^1$ Dicimus inde merum PR Dicitur inde ($U^2$ esse) merum $U^1$ $\mu^1$ quod aq̄ nil sit ibi ($\mu^1$ tibi) mixtum $U^5$ $G^{1.2}$ quod nil sit aq̄ sibi mixtum PR quia nil sit aquae sibi mixtum ($U^6$ mistum). — 99. P Bacchus $U^6$ Baccus $p^2$ Bacus R Bachus $U^1$ quod furere fac̄ $U^4$ $\mu^1$ $p^1$ quod furere facit $G^2$ quia furere faciat $G^1$ q; furere facit PR quod furere faciat $U^{1.4.7}$ $G^1$ themetum quia forte $U^3$ themetum quia forte est $\mu^1$ et themetum quia forte $G^2$ themetum quia dulce PR temetum quia forte ($U^2$ habet uers. 99. 98) — 101. $U^3$ $G^1$ $p^{1.2}$ Ac instrumentum dicas $U^{6.7}$ $p^2$ Ac instrumenta . . .M At instrumenta . . . PR Ast instrumenta . . . — 102. $U^1$ frumenque secundum ($U^4$ om. h. u.). — 104. $U^5$ $G^1$ pneſte. — 105. $U^5$ $G^1$ p̄ſepe $U^{2.3}$ superadditur $U^5$ superaddis P $U^{1.7}$ superaddes R superaddas. — 106. $U^{1.3}$ $\mu^1$ Pignera — pignora $U^2$ Pignora — pignora PR Pignora — pignera $U^3$ $p^1$ dicantur PR dicuntur ($G^2$ om. h. u.). — 107. P Quod datur est pignus . . . — 108. M $p^1$ lex quem PR quem lex P $p^2$ pro pignera pignora sumit $p^1$ pro pignora pignera sumit (ł ponit) $U^{2.5}$ $G^1$ pro pignere pignora sumit $G^2$ pro pignore pignera sumit $U^{1.4}$ M $\mu^1$ pro pignere pignora ponit $U^{3.6.7}$ pro

Caelorum signa portentum prodigiumque,
Ast ostentum uel monstrum poteris dare terris.
Atque potest aliter fieri distinctio talis:
Prodigium seu portentum concede futuris,
Ostentum siue monstrum praesentibus adde,
Praesenti signum concedaturque futuro.
Sunt qui sufficiunt in luce diaria sumptus,.
Quosque uia facis illa uiatica dicere debes.
Sunt quinquennia suntque cubilia lustra ferarum,
Et solet a lustro lustrum purgatio dici:
Lustrum circuitus spatium purgatio silua.
Sit tibi textorum subtegmen, sit quoque stamen,
Stamen stat, sed subtegmen subtexitur illi.
Ius meritum, ius est sucus, ius ipsa potestas,
    Quidquid significet, neutrius est generis.
Sit coopertorium lecto, tectura cuiuis,
    Sit tectum domibus, sit tegimen capiti.
Est hominis libitum, placitum solet esse deorum,
At recte dabitur hoc nomen utrique uoluntas.

---

pignore pignera ponit $p^3$ pignus pro pignera ponit. — 109. $U^{1.4}$ signum PR signa $U^2$ portentum prodigium sit PR portentum prodigiumque. — 110. $G^1$ At . . . $p^3$ Ac . . . PR Ast . . . — 111. P dari distantia talis $U^{5.7}$ M $p^2$ fieri distantia . . . R fieri distinctio . . . — 113 $U^{1.6}$ addes $G^2$ Ast ostentum seu monstrum . . . — 114. P concedatur. — 118. $U^5$ Ast solet $U^7$ a lustro lustra $G^1$ M $\mu^1$ a lustro lustras $p^1$ a lustro lustras (expuncto *lustrum*) $p^2$ a lustro lustrans PR a lustro lustrum. — 119 P circũitus codd. circuitus P purgatio fertur. — 120. P textoris codd. textorum (gl. *subtegmen uocatur filum ex transuerso telae positum.*) $U^6$ subtexmen $U^3$ $G^1$ $p^{2.3}$ subtemen PR subtegmen M sit tibi stamen. — 121. $G^1$ Stat stamen . . . PR Stamen stat . . . $U^6$ subtexmen $U^3$ $G^1$ $p^{2.3}$ subtemen PR subtegmen ($G^2$ om. h. u.). — 122. $U^1$ $G^1$ Ius meritum, ius succus, ius ipsa potestas $U^5$ Ius aqua, ius meritum, ius dicitur ipsa potestas $p^2$ Ius aqua, ius rectum, ius est dicendi potestas. — 123. $G^2$ Quidquid significat $G^1$ M $p^1$ Quicquid significat $U^{1.2.6}$ Quicquid significet PR Quidquid significet (uid. X 259). — 124. $U^6$ lecti M lectorum $U^1$ textura cuiuis $U^6$ texturaque cuiuis $U^4$ tectura cu⁹uis $U^5$ $\mu^1$ tectura cuiuis $U^3$ tecturaque q̄uis PR tecturaque cuiuis. — 125. $U^5$ Dic tectum . . . $U^3$ sit tegimen capitis $p^2$ tegimen sit capiti. — 126. P$U^6$ hominum R hominis $G^1$ placitum dic esse deorum. — 127. P $p^3$ Ac . . . $U^5$ Et . . . R At . . . M om. *hoc* ante

Zonam dic strophium, palmam dic esse trophaeum,
Est trophos istius, strophin est illius origo.
Confraga concinne nemorum denseta uocantur,
Confraga dicantur ubi copia multa fragorum.
Illud quo crinis fit tortilis est calamistrum,
Uittaque qua crinis fit planus sit redimiclum.
Est nomen patrium quod nomine sumitur urbis,
Nomen gentile est quod sumitur a regione.
Pelles uuarum uinacia dic fore tantum,
Et dicas acinum quod in uua cernis acutum.
Electrum gummi est, electrum gemma uocatur,
Electrum quoque, ceu dicunt, solet esse metallum.
Sit tibi dictamen, sit coniuratio carmen,
Et cantilenas nos carmina saepe uocamus.
Pertinet ad quando tempus dimensio rerum,
Signatur per idem pars praeterea faciei,
Hac pro parte tamen praesumunt dicere quidam
Timpus, quod tanquam dictum puerile refuto.
Cum per tres casus neutrum genus obtineat plus,

---

*nomen* $U^{1.2}$ utrumque $U^5$ utrisque $G^2$ utriusque PR utrique. — 128. $\mu^1$ Dic trophium zonam . . . $U^7 G^{1.2}$ M stropheum. — 129. P$U^{1.3} G^1 \mu^1 p^1$ Est trophos istius, trophin est illius origo $U^4$ Est trophos istius, strophos est illius origo $U^{6.7}$ Est trophos istius, strophin est illius origo $U^2$ Est strophin istius, strophos est illius origo $G^2 p^{2.3}$ Est strophos istius, strophin est ($p^3$ om. *est*) illius origo $U^5$ Est strophos istius . . (sequens uocabuium obscurum est) est caput illi. — 130. $U^{2.4.5} G^{1.2}$ M $p^3$ densata. — 131. P $U^6 \mu^1 p^3$ dicuntur R dicantur P et codd. fragorum. — 133. $G^2$ dic redimiclum $G^1$ est redimiclum. — 134. (gl. *Nomen patrium est quod sumitur ab urbe uel oppido, ut a Bitunia insigni oppido urbi, quae nuper Atrabatum nunc uero Franchisia dicitur, uicino actor noster Bituniensis denominatur.*). — 135. P $U^{1.2.3.6} G^1 p^3$ om. *est* post *gentile* $U^6$ ex regione. — 136. $\mu^1$ fore dic uinacia tantum P et codd. uinacia. — 137. $U^2$ Dic etiam acinum $U^4$ Et dicis acinum $G^1$ Id dicas . . . — 138. $U^1 G^2 p^3$ om. *est* post *gummi*. — 139. $U^{3.4} G^2$ M $\mu^1 p^3$ seu dicunt $p^3$ die esse metallum. — 141. $U^{5.7}$ Ac . . . M cantilenam. — 142. $U^3$ ad tempus quando. — 144. P $U^{1.4.5.7}$ M $p^{1.2}$ Hac pro parte tamen $U^2 G^2 p^3$ Ac pro parte tamen $U^6$ Sed pro parte tamen $U^3 \mu^1$ Ast pro parte tamen $G^1$ Ast ac pro parte P $U^{2.5.7} G^{1.2} \mu^1 p^{2.3}$ praesumunt dicere timpus $U^{1.3.4.6}$ M $p^1$ praesumunt dicere quidam. — 146. $U^{1.2.3.4.5.6} G^1$ optineat.

Casibus in reliquis continet omne genus.
Sorditiem dic esse lŭtum prima breuiata,
Sed lūtum color est, luteus inde uenit:
*Mollia luteola pingit uaccinia caltha.*
Sunt iuga montis, sunt iuga nauis, sunt iuga currus,
Colles antemnas collumbar significabit,
Iugera dic spatium campi pluraleque tantum.
Os oris loquitur, corio uestitur os ossis,
Os oris longum, sed os ossis corripiendum.
Afrorum lingua signare mapalia dicas
Pastorum caueas, et idem magalia signant:
Distant quod breue sit illud, producitur istud.
Annorum spatia dic seclum, sit quoque uita
Seclaris, seclum mundana sit atque uoluptas:
Dic sequor et claustrum tribus his caput esse cleosque.
Uniuersale genus est, discretio sexus,

---

147. P $U^{2.4.6}$ M $p^{3}$ Casibus in reliquis continet omne genus $U^{1}$ $G^{2}$ $\mu^{1}$ Casibus in reliquis optinet ($\mu^{1}$ obtinet) omne genus $U^{3.5.7}$ $p^{1.2}$ Est omnis generis casibus in reliquis (sequitur in cod. $U^{3}$ uers. *Plus plurale facit nec dat primo nisi pluris.*). — 149. (sequitur in cod. $G^{2}$ uers. *Flos rubeus lutum, sordida terra lutum.*). — 150. P $U^{1.2.6.7}$ M $p^{2.3}$ calta (sequitur in cod. $U^{3}$ uers. *Flos rubeus lutum, humida terra lutum.*). — 151. P $U^{5.7}$ dic iuga currus $p^{2}$ sed iuga currus. — 152. P autennas $U^{1.3.5.7}$ $p^{2.3}$ autempnas $U^{2.4}$ $G^{2}$ $p^{1}$ antempnas $U^{6}$ antemnas $\mu^{1}$ auctempnas P et codd. columbar (scripsi collumbar. gl. *collumbar id quod ponitur in collo equorum currum trahentium.*) M $p^{1}$ significabis ($U^{1}$ habet uers. 153. 152). — 153. $G^{1}$ campi spatium $U^{2}$ spatium terrae. — 154. $U^{4}$ $G^{1}$ M coreo $U^{7}$ correo. — 155. P $U^{4}$ $p^{3}$ om. *sed* M $G^{2}$ om. h. u. — 156. P Afrorum codd. Affrorum (uid. VII 60). — 157. $G^{1.2}$ casas $U^{1.2.6}$ $p^{3}$ et idem magalia dicas $p^{2}$ et item magalia dicas $U^{4}$ at idem magalia dicas. — 158. (sequuntur in codd. $U^{7}$ $G^{1}$ M uers. 165 et 166). — 159. $U^{1.2.4.5.7}$ $G^{1}$ $\mu^{1}$ $p^{2.3}$ spacia PR spacium $U^{4}$ $G^{2}$ sit seclum $U^{1}$ dic quoque uita $U^{6}$ Annorum dic esse seclum spatium quoque uitam. — 160. $p^{2}$ seclum uel sit mundana uoluptas. — 161. (gl. *seclum dicitur de sequor, quia dies sequitur ad diem, annus ad annum. alio modo uocatur seclum uita secularium, et tunc dicitur de seorsum et claustrum, quia est seorsum a claustro, id est extra religionem. alio modo est uoluptas seu mundana uita et dilectio istius mundi, et dicitur de seorsum et cleos quod est gloria, quasi seorsum a gloria Dei, uel de sequor et cleos gloria, quasi sequens suam propriam gloriam.*) [cf. XII 343].

Maneriesque rei, suboles genitorque minorum.
Dicitur aurile, quoniam supponitur auri,
Ceruical ceruici, puluinar quia pluma est.
Non aliquod per se debes proferre licenter,
Non adiectiue pones aliquid sapienter.
Septima festa dies, septena hebdomada tota,
Sabbata dicuntur haec tria uoce pari.
Est aeris species stannum, stans est aqua stagnum,
N duplici primum scribas, cum gque secundum.
Chrisma sit id proprie quod sumit Christianismus,
Sit quoque charisma tibi gratia, quae data gratis.
Cauma cremat, sed spuma est casmia, casma coruscat,
Casmia femineum, cetera neutra duo.
Momentum pretium, momentum dicito tempus,
Sicut enim dicunt momentum continet instans.
Momentum tempus dicas, monimen monimentum,
Hincque sepulturam dicas proprie monumentum :
Quis moueo memini moneo dicatur origo.
Si proprie attendas, examen iudicium sit,

---

162. $U^1$ genus est et discretio sexus $G^2$ genus et discretiò sexus $U^7$ genus simul est discretio sexus. — 163. $U^1$ Materiesque PR Maneriesque $p^3$ rerum. — 164. $PU^7 M \mu^1 p^{1.2.3}$ aureale $U^{2.5.6} G^2$ auriale $U^3$ auriole $G^1$ aureole $U^4$ aureola $U^1$ aurile. — 165. $G^2 p^3$ om. *est.* — 166. P pro se debes proferre libenter $U^{1.2.3.4.6} G^2$ $p^3$ per se poteris proferre licenter $U^7 G^1 M \mu^1 p^2$ per se debes proferre licenter $U^5$ per se debes proferre decenter $p^1$ per se debes formare licenter. — 167. $PU^{3.5.7} G^2 M \mu^1 p^{1.2}$ pones $U^{1.2.4.6}$ ponas $G^1$ ponis $p^3$ om. h. u. — 168. $U^1$ septenaque ebdomada tota $U^3 p^1$ om. h. u. et seq. — 169. $\mu^1$ Haec tria dicuntur sabbata uoce pari. — 170. $U^2$ Es eris stannum species sed stans aqua stagnum $G^2$ Es eris species stannum stans aqua stagnum. — 171. $PU^{1.3.6} G^{1.2} p^3$ scribas primum $U^{2.4.5} M \mu^1 p^{1.2}$ primum scribas $U^7$ primum sed scribas $U^{3.5}$ per gque. — 173. $U^5 G^2$ tibi gratia quae data gratis est $p^2$ tibi gratis quae gratia data est. — 174. $PG^1 p^2$ sed spuma casmia. — 175 $G^1$ cetera neutra tenent. — 176. $U^1$ dicitur PR dicito. — 177. $U^3$ dicitur instans. — 178. $U^{4.7} G^2 \mu^1 p^3$ dicas tempus $U^6$ om. h. u. — 179. $U^3 G^2$ Atque . . . $PU^{2.5}$ proprie dicas $\mu^1$ dices proprie R dicas proprie $G^1$ om. h. u. — 180. $PU^5 G^1 \mu^1 p^{2.3}$ dicuntur M dicantur $U^{1.2.3.4.6.7} G^2 p^1$ dicatur. — 181. (sequitur in $P p^3$ uers. pentam. *Ast examen apum copia sit proprie.* in

Est examen apum collectio linguaque librae:
X sonat asperius istinc, sed lenius illinc.
Experimenta pericula sunt, perio quoque fons est,
A pereoque pericula sunt discrimina uere.
Discrimen tibi sit distantia sitque glabella,
Et discrimina tu signare pericula dicas.
Hebraei, Graeci, diuersificantque Latini:
Psalterium Graeci, nos organa, nabla Iudaei.
Pabula sunt hominis, sed bruti dic animalis
Pascua, non tamen his diuersificatur origo.
Atria dic aulas, eadem cimeteria dicas

---

codd. $U^{3.5.7}$ $p^1$ post uers. 182 legitur, in cod. M ante uers. 181 inuenitur, abest a codd. $U^{1.2.4.6}$ $G^{1.2}$ $\mu^1$ $p^2$). — 182. P $U^{2.3.5}$ $G^1$ M $p^1$ Est examen ... $U^{1.4.6.7}$ $G^2$ $\mu^1$ $p^2$ Ast examen ... $p^3$ om. h. u. — 183. P $U^{1.4.6}$ $G^1$ $p^3$ istinc — illinc $U^{2.3.5.7}$ M $\mu^1$ $p^{1.2}$ istic — illic $G^2$ illic — istic. — 184. $U^1$ pericula sunt, perio caput eius P $G^1$ M pericula sunt, pereo quoque fons est $U^{5.6}$ $G^2$ $p^{1.2.3}$ pericula sunt, perio quoque fons est $U^2$ sunt pericula, perio quoque fons est $U^3$ pericula sint, perio quoque fons est $U^4$ pericula sunt discrimina uere (duo uersus in unum contraxit) $U^7$ pericula sunt, quoque perio est fons $\mu^1$ pericula sunt, perio quoque fons sit. — 185. P $U^{2.6.7}$ $G^2$ M $\mu^1$ $p^{2.3}$ A pereoque pericula sunt ... $U^1$ A perio pericula sunt ... $U^{3.5}$ $G^1$ A perioque pericula sunt ... $p^1$ A pereo sunt pericula ... — 186. P Discrimen quoque sit distantia $U^5$ Discrimen distantia sit tibi R Discrimen tibi sit distantia P siue glabella codd. sitque glabella ($U^2$ glabellum) gl. *discrimen alio modo est glabella in capite mulieris, id est uia uel diuisio inter pilos.* (sequitur in cod. $U^6$ uers. *Fert tria discrimen, distantia glaba* (sic) *periclum*). — 187. $U^7$ $\mu^1$ Per discrimina tu signare pericula dicas $U^3$ Quae discrimina sunt signare pericula dices M $p^{1.2}$ Quae discrimina sunt signare pericula dicas $U^1$ Et discrimina tu signare pericula dices P $U^{2.4.6}$ $G^2$ $p^3$ Et discrimina tu signare pericula dicas $G^1$ Et discrimina sunt signare pericula dicas (sequitur in codd. $U^{1.4}$ uers. *Fert tria* ($U^4$ *tamen*) *discrimen, diuisio gleba periclum.* $U^7$ hunc habet uers. *Est tria discrimen, dimensio glabra periclum.* abest a P et codd. reliquis). — 188. P $U^{2.4}$ $G^{1.2}$ M $\mu^1$ $p^2$ Hebrei et greci $U^3$ Hebreique greci. — 190. $U^1$ Pabula dic hominis, sed bruti dic animalis P $U^{4.7}$ $G^2$ M $p^{2.3}$ Pabula sunt hominis, sed bruti dic animalis $p^1$ Pabula sunt hominis et bruti dic animalis $U^{2.5.6}$ $\mu^1$ $G^1$ Pabula sunt hominis, sed bruti sunt animalis $U^3$ Pabula sunt hominis, et bruti sunt animalis (sequuntur in cod. $G^2$ uersus 195. 196. 197). — 192. P $U^7$ $G^1$ M $\mu^1$ $p^{2.3}$ cimiteria $U^2$ cymiteria (cf. VIII 49).

Et loca sacrorum: dicas caput attero primi,
At reliquis atrum proprie dicatur origo.
Labra uirorum sunt, sed labia sunt mulierum,
Uel dicas quod erit melius, dic inferiora
Labia, labra quoque contra dic esse suprema.
Est unguen simplex, unguentum compositum sit,
  Unum pro reliquo saepe tamen uideo.
Si numeres horas in nocte, crepuscula dicas,
Conque ticinia dic, sunt intempesta deinde,
Gallicantus et antelucanum diluculumque.
Da scrinium cuiuis, sed da sacraria templis,
Gazarum proprie sunt gazophylacia regum.
Est tibi delictum, si non facias facienda,
Est tibi peccatum, facias si non facienda.
Balsamus est arbor, folium folibalsama reddit,
Carpobalsama dat cortex, opobalsama lignum,
Balsama sunt qui liquuntur de sponte liquores.

---

193. P$U^{3.5.7}$ $G^{1.2}$ M $\mu^1$ $p^{1.2.3}$ dicas caput atero primi $U^4$ dic caput atero primi $U^2$ dicas caput attero primi $U^{1.6}$ fore dic caput atreo ($U^6$ attero) primi (gl. *atrium dicitur de a⟨t⟩tero is, quia a⟨t⟩teritur pedibus ibi euntium et exeuntium.*). — 194. P$U^2$ $\mu^1$ Et . . . $U^7$ Ast . . . R At . . . $U^3$ dicetur. — 195. $U^{1.5}$ om. prius *sunt.* — 196. $U^3$ Ut dicas melius quod erit dic inferiora P$U^{1.4.5.6.7}$ $G^2$ $\mu^1$ $p^2$ Uel dicas quod erit melius dic ($p^2$ dic et) inferiora M $p^1$ Uel dicas melius quod erit dic . . . $p^3$ Uel dicas et melius quod erit dic . . . $G^1$ Uel dicas melius quod erunt sic . . . — 197. $U^4$ labraque cum dicas esse suprema. — 198. $U^{3.5}$ $G^1$ $\mu^1$ ungen — ungentum. — 200. $U^2$ M $G^{1.2}$ numeras $U^6$ *recte* pro *horas.* — 201. $U^2$ Conticinia (expuncto *Contique cinia*) sit, dic intempesta deinde $U^{1.6.7}$ M $\mu^1$ $p^{2.3}$ Conque ticinia dic, sit intempesta deinde $p^1$ Conque ticinia dic, dic intempesta deinde $G^2$ Conque ticinia dic, dic in tempestate idem $U^4$ Conque ticinia dic uel intempesta deinde (gl. cod. $U^1$: *intēpesta hora circa mediā noctē*). — 203 $U^3$ M Das — das $G^1$ Das — da $U^5$ Dic — da $U^3$ sacrarium. — 204. $U^1$ regum PR regis $p^3$ Gazarum proprie gazophilacia dicas. — 205. $U^{1.3.4.5}$ $G^1$ facies $U^7$ facis. — 206. $U^{4.6}$ facis $G^2$ om. h. u. — 207. $U^1$ folium folibalsamum (om. *reddit*) $U^2$ folium folibalsama dicat. — 209. P Balsama sunt sed que liquuntur sponte liquores $U^{1.4.6}$ $G^{1.2}$ Balsama sunt q̄ liquuntur ($G^2$ loquuntur) de sponte liquores ($U^1$ — is) $U^2$ Balsama sunt qui liquantur de sponte liquores $U^3$ Balsama sunt hii qui linquunt de sponte liquores $U^{5.7}$ $\mu^{1.3}$ Balsama sunt qui liquuntur ($U^7$ linquuntur $\mu^1$

Cum bona nuntio tunc euangelium tibi dico,
Et descendit ab eu, quod designat bonitatem,
Cum mala nuntio tunc euangelium tibi signo,
Euan enim Graece peruersum dico Latine.
Diuersas hoc nomen habet partes elementa,
Nam quidam dicunt ab alo, quasi sint alimenta,
Et quidam dicunt ab yle, quasi sint ylementa,
Sunt et ab eleuo dicta, quasi sint eleuamenta.

---

*Cap. XII.*

## De nominibus mixtis.

Dicitur hinc anima quia uiuificat uegetata,
Mens hinc quod meminit, animus quia ui rationis
Utitur, umbra manens circa tumulum, Stygiales
Sunt animae manes, quae sic a mane uocantur,
Non quia sint clarae, sed quod semper tenebrosae,

---

$p^{3}$ liquntur) de sponte liquores $p^{1}$ Balsama sunt proprie qui manant sponte liquores $p^{2}$ Balsama sunt qui liquitur desponte licores M Balsama sunt qui licuntur sponte liquores $p^{2}$ habet uers. 209. 208. — 210. P$U^{6}$ M $p^{1.2.3}$ euangelium $U^{1.2.3.4.5.7}$ $G^{1.2}$ $\mu^{1}$ ewangelium. — 211. $U^{7}$ M $p^{1.2}$ significat. — 212. $G^{2}$ ewangelium PR euangelium P$U^{1.5.6}$ $G^{2}$ tibi signo $U^{2.3.4.7}$ $G^{1}$ M $\mu^{1}$ $p^{1.2.3}$ tibi dico (cf. VIII 119 sq.). — 213. $U^{1.4.5.6.7}$ M $\mu^{1}$ $p^{2}$ peruersum signo latine $G^{1}$ peruersio dicitur esse. — 214. $U^{2.4.6}$ $G^{2}$ Diuersos — patres P $G^{1}$ $p^{3}$ elementum. — 215. $U^{7}$ dicunt quidam P quia sint alimenta M quia sunt alimenta $U^{1.4.5.6.7}$ $\mu^{1}$ $p^{1.2.3}$ quasi sint alimenta $U^{2}$ quod sint eła $G^{1}$ quod ſӱt elem̄ta $U^{3}$ quod sint alem̄ta $G^{1}$ quasi sit alimentum. — 216. $U^{3}$ Sed dicunt quidam $U^{7}$ Nam quidam dicunt P ile — ilementa codd. yle — ylementa ($U^{3.5}$ $G^{2}$ ylimenta).

1 P$U^{3.5.7}$ $p^{2.3}$ uegetanda $\mu^{1}$ uegetando $p^{1}$ uegetata (ł uegetanda) $G^{2}$ uegetiua $U^{1.2.4.6}$ $G^{2}$ M uegetata (gl. *anima dicitur quia uegetat uegetata . i . facit uegetare . i . crescere, quia omnia uegetant . i . crescunt per animam.*). — 2. $U^{1}$ animus quod . . . — 3. P$U^{4.5.7}$ M $\mu^{1}$ $p^{1.3}$ circa tumulos $U^{1}$ circuit tumulum $U^{2.3.6}$ $G^{1.2}$ $p^{2}$ circa tumulum. — 4. $U^{3}$ Sint . . . $U^{3.5}$ $G^{1.2}$ M $p^{1.2.3}$ quia sic a (M ab) mane uocantur. — 5. P $U^{6}$ $G^{1}$ $\mu^{1}$ $p^{2.3}$ Non quia sint clarae $U^{1.3.7}$ $G^{2}$ M Non quia sunt clarae $p^{1}$ Non quia

Uel sit origo mene, quia deficiunt bonitate.
Dicitur infernus, quia sit niger atque profundus,
Sed quoniam prorsus locus insatiabilis Orchus,
Tartarus a tare quasi deficiens bonitate,
Hic idem, quia sit sine uere, uocatur Auernus,
Quod sine laetitia, nomen trahit hic Acheronta,
Sic etiam barathrum, quoniam uorat omnia, dicas.
Pōpulus est arbor, pŏpulus collectio gentis,
Pōpulus est aliquid, sed nihil est pŏpulus.
Est cyclas pannus, circumdat Cyclada pontus,
Hic declinando primo des haecque secundo.
Nos hominum proprie mammillas dicimus esse,
Ubera sunt pecudum, sed mammae sunt mulierum:
Cuius mammillas dixisti dicque papillas.
Est omnis generis uber nota fertilitatis,
Est neutri tantum cum fetus est alimentum.
Est animatorum semen, campoque satorum
Sementis proprie, sementinum quod in arca

(ł qd) sunt (ł sint) clarae $U^{5}$ Non quod sunt clarae $U^{2}$ Quae non sunt clarae $U^{1}$ semper quia sed tenebrosae $G^{2}$ sed quia semper sint tenebrosae $U^{2}$ sed semper sunt tenebrosae $U^{4}$ om. h. u. et sq. — 7. $U^{1}$ quod sit . . . $U^{4}$ quoniam sit . . . . $U^{7}$ et tenebrosus. — 8. $\mu^{1}$ $p^{3}$ Et quoniam. — 9. $U^{1.4}$ quia deficiens $U^{3}$ quia deficiunt. — 10. P$U^{2.4.6}$ $G^{2}$ Illud idem $U^{1}$ $p^{2}$ Hinc idem $p^{1}$ Hinc et idem $U^{5.7}$ $G^{1}$ Hoc idem $U^{3}$ $p^{3}$ Hic idem $\mu^{1}$ Idem hic M om. h. u. — 11. P$U^{2}$ $\mu^{1}$ nomen trahit hic $U^{4}$ $G^{1}$ $p^{1}$ nomen trahit hinc R nomen trahit hoc $U^{7}$ $p^{1}$ acherunta. — 12. P$U^{4.5.6}$ $G^{1.2}$ M $\mu^{1}$ $p^{1.2.3}$ Hoc etiam $U^{7}$ Hunc etiam $U^{3}$ Est etiam $U^{3}$ At ī $U^{1}$ Sic etiam . . . — 13. $U^{1.3}$ $G^{2}$ $\mu^{1}$ populus collectio plebis $U^{3}$ populus collectio turba PR populus collectio gentis. — 14. (gl. *populus pro arbore est aliquid particulare uel indiuiduum. populus pro collectione gentis non est aliquid commune uel indiuiduum de genere substantiae.*) sequitur in codd. $U^{2.4.5}$ $G^{1.2}$ $\mu^{1}$ $p^{3}$ distichon: *Sunt duo quae duo sunt et sunt duo quae duo non sunt* ‖ *Quae duo si duo sunt, nulla duo duo sunt* ‖ idem inuenitur in margine codd. $U^{7}$ $p^{2}$. abest a P et codd. reliquis. — 17. $U^{4}$ mammillas $U^{6}$ maxillas PR mamillas. — 19. $U^{5}$ Cuiuis . . . — 21. P Est neutri tantum dum . . . $U^{4.5}$ Est neutri generis cum . . . $U^{7}$ Est neutri generis tantum cum . . . $U^{6}$ fetibus. — 22. $U^{4}$ $G^{1.2}$ campique. — 23. $U^{5}$ $p^{3}$ Sementum $p^{1}$ Sementum (ł — tis) $G^{3}$ in arcis PR in archa.

Conditur atque suo spargetur tempore in agro:
Seminium cuiusque rei dicatur origo.
Est coma quadrupedis, colubri iuba siue leonis,
Caesaries hominis, crinis proprie mulieris,
Huius et illius bene dicitur esse capillus.
Dragma notat pondus et tunc fit in *ae* genitiuus,
Dragma etiam quaerit et tunc genitiuus in *is* fit.
Dicitur a limo limes, limum quia uitat,
Aut a limando, quia sit limatus ab aeuo,
Hinc trames quod homo cito transmeat hunc gradiendo,
Dicitur hinc callis quod gressu callet euntis,
A semus sema fit semita, sit quia stricta.
Infans paruus erit quia posse loqui sibi desit,
Ast a pure puer, uel purus dicitur aër,
Uel puer a pueros potius, quod uerbero signat.
Est adolens crescens, nomen trahit hinc adolescens,
Aut iuxta Graecos sit adulescens ab adulos,

---

24. $U^6$ Clauditur. — 25. $U^{3.4}$ $G^1$ Semineum. — 30. $U^1$ Dragma dū q̄rit $U^{3.6}$ $G^2$ $\mu^1$ et tunc fit in is gtš. — 31. $U^{1.3.7}$ $G^2$ $p^1$ a limus limes. — 33. $U^6$ transmeat P R transeat. — 34. P $U^1$ $p^2$ quod gressu callet euntis M quia gressus callet euntis $\mu^1$ quod gressus . . . (sequuntur in codd. $U^6$ $p^2$ duo uers. pentam. *Calleo* ($p^2$ *Callet*) *durere denotat et sapere* || *Callidus et callus haec duo sensa probant* || inuerso ordine leguntur in cod. $G^1$: *Callidus et callus haec duo sensa probant* || *Callet durere denotat et sapere* || in cod $U^2$ inter adnotamenta inuenitur uers. hic: *Callidus et callus haec duo ūba probant.*). — 35. P $U^3$ $\mu^1$ $p^{1.3}$ A semus sema fit semita sit quia stricta $U^1$ A semus sema sit semita nam quia stricta $U^2$ A semus sema sit semita sit quia trita (expuncto *stricta*) $U^{4.6.7}$ M A semus sema sit semita sit quia stricta $G^2$ A semus sema semita sit quia stricta $p^2$ Assemus sema dic semita sit quia stricta $U^5$ A semis sema fit semita sit quia stricta $G^1$ A semis semita sit semita quia sit stricta (gl. *semita est parua uia et dicitur de semus sema um, quod est imperfectus, quia est uia imperfecta. uel a semis quod est dimidium, quasi sit uia dimidia.*). — 36. $p^1$ paruus sit $U^6$ cum posse loqui sibi deerit P R quia posse loqui sibi desit. — 37. P $U^{1.4.7}$ $G^{1.2}$ M $\mu^1$ $p^{1.2}$ Ast a pure puer $U^{2.3.6}$ $p^3$ Est a pure puer $U^5$ At puer a puere P $U^5$ $p^3$ quia purus dicitur aer R uel purus dicitur aer (gl. *puer dicitur de pus puris quod est custodia, uel dicitur de purus ra rum, quia purus est, uel dicitur quasi purus aer, uel de punio is, quia debet puniri, uel melius a pu⟨e⟩ros gre . quod est uerberare la. quia debet uerberari.*). — 38. $U^{1.5}$ quia uerbera signat $U^5$ quod uerbera signat M $\mu^1$ quod uerbere signat. — 40. P $U^7$ Aut iuxta Graecos sit adolescens ab

Quod seruire sonat, quia sic aetas sua poscat.
A iuuo sit iuuenis, quia possit opem dare multis,
Uel iuuat eiusdem sit pro delectat origo,
Nam ludis potius gaudet lasciua iuuentus.
Dicitur a uireo uir, nam uirtute uirere
Debet, ad aetatem postquam uenit ipse uirilem.
Dicitur a seneo uel sex morosa senectus,
Hanc a sex dicas potius, quia sexta sit aetas,
Uel quia perfecta sicut senarius haec est.
Uirginis est sertum, clerique corona, poëtae
Laurea, rex gestat diadema uel induperator.
Aula domus comitum, sed regia mansio regum,
Induperatorum sunt celsa palatia ditum.
Alea ludentis, prandentis mensa, tabella
Cleri, campsoris trapezetum liquet esse.
Militis est bellum fortis, pugilisque duellum,
Pugnaque potorum, sed proelia sunt mulierum.
Lectus sanorum, decumbentisque grabatum,
Est sponsi sponsaeque torus, toreumaque regum.

---

adulos $U^{1.5}$ $G^1$ M $p^2$ At iuxta Graecos sit . . . $G^2$ Ast iuxta Graecos sit . . . $p^1$ Et iuxta Graecos fit . . . $U^2$ Et iuxta Graecos adolescens est ab adulos $U^4$ Ast iuxta Graecos adolescens est . . . $\mu^1$ At iuxta Graecos adolescens est . . . $p^3$ Ac iuxta Graecos adolescens sit . . . $U^3$ Ast iuxta Graecos ab adulos est adolescens. — 41. P $U^{1.5}$ $p^2$ quod sic aetas sua poscit $U^2$ $G^1$ M $\mu^1$ quia sic aetas sua poscat $U^{4.7}$ $G^2$ quia sic aetas sua poscit $U^3$ quod sic sua postulat aetas $U^6$ $p^{1.3}$ quia sic sua postulat aetas. — 43. $G^1$ om. h. u. — 45. $G^2$ quod uirtute uirere. — 46. $U^6$ Fertur . . . $U^{1.7}$ $p^2$ ipse P R ille. — 47. P $U^{1.2.6}$ $p^3$ a senio $U^{3.4.5.7}$ $G^1$ M $\mu^1$ $p^{1.2}$ a seneo $G^2$ a senos. — 48. $U^6$ $G^2$ potius dicas P $U^{1.5}$ $G^1$ $p^2$ quod sexta sit aetas. — 49. $U^1$ $p^2$ est haec. — 51. (sequuntur in codd. $U^2$ $G^1$ duo uersus hi: *Praesulis est mitra, dic. nobiliumque thyara* || *Pyleus* ($G^1$ *Pileus*) *est iuuenum peregrinantumque galerus* ||. in cod. $p^3$ alter inuenitur uers. *Pileus est iuuenum* . . .). — 53. P $U^{4.7}$ M $p^2$ ditum $U^2$ ditum (expuncto *diuum*). — $U^{5.6}$ diuum $U^{1.3}$ $G^1$ $\mu^1$ $p^1$ ducum $G^2$ $p^3$ dicta. — 55. $U^3$ dicimus esse P R liquet esse. — 56. $U^{1.3.5}$ $p^{2.3}$ pugilumque $\mu^1$ pugillumque. — 57. P $U^{1.4}$ Pugnaque pugnorum $U^6$ Pugnaque paucorum M Pugna puerorum. — 58. $U^4$ recumbentisque (sequitur in cod. $G^1$ uers. *Pro gremio grabatum, pro lecto pone grabatum.* abest a P et codd. reliquis. inuenitur in gl. M). — 59. $U^1$ Cum sponsi . . . $U^4$ $\mu^1$ Et sponsi . . . $U^6$ $p^1$ regis P R regum.

Fertur ab humet humus, sed tellus a tolerando,
Terraque quod teritur, a solidoque solum.
Rex solium, doctor cathedram, iudexque tribunal
Possidet, at sedem praesul, praetorque curule
Obtinet, accusans suggestus, castra senatus,
Nauita transtra tenet, dictator rostra tenebit,
Gentis at innumerae nomen generale sedile.
Est mare siue salum pelagus, quoniam sit amarum,
A pello pelagus, quia pellunt litora fluctus,
Aequor ab aequando, cum nil turbatur in ipso,
A potu pontus, quod citus Oceanus.
Dicitur hinc altum, quia uix tanges ibi fundum,
Dicitur inde fretum, quod super omne fremit.
Dic Amphitriten, quia terram circuit omnem,
Uel sic dicatur, quia sic diuersificatur:
Cum sine turbine sit tunc dicitur aequor ab aequo,

---

61. $U^{1}$ Terra quod ateritur $U^{2.4.7}$ Terraque a teritur $U^{6}$ Terraque quod teritur $p^{3}$ Terra que teritur $G^{2}$ Terra quia terit (sequitur in cod. $G^{1}$ uers. *In solido nasci meruit captaque locari.*). — 62. M rethor. — 63. $U^{3.6}$ M at praesul sedem. — 65. $U^{4}$ $G^{2}$ Nauta $p^{3}$ Nautaque. — 66. P $U^{4.6}$ $p^{3}$ Gentis ac innumerae $U^{7}$ Gentis et . . . M Gentis aut . . . $G^{1}$ Gentisque . . . — 67. $U^{4}$ mare cum sit amarum PR quoniam sit amarum. — 68. P$U^{1}$ $p^{1}$ quia pellunt littora fluctus $U^{2}$ $p^{2}$ quia pellunt litora fluctus $U^{4.5.7}$ $G^{1.2}$ M $\mu^{1}$ $p^{3}$ quia pellit littora fluctus $U^{3}$ quia pellit litora fluctus $U^{6}$ quia pellit littore fluctus (sequuntur in cod. $U^{5}$ uers. 76. 77). — 69. P$U^{1.5}$ $\mu^{1}$ cum nil turbatur in ipso $p^{2.3}$ quia nil turbatur in ipso $U^{2.4.6.7}$ $G^{1}$ $p^{1}$ cum nil turbatur in illo $U^{3}$ cum nil turbetur in illo $G^{2}$ dum nil turbatur in illo M cum nil turbatur ab illo (sequitur in cod. $U^{5}$ uers. 78). — 70. P$U^{1.4.6.7}$ $G^{1}$ M $\mu^{1}$ $p^{1.2.3}$ A potu pontus $U^{2}$ A pont (e eras.) pontus $U^{3}$ A ponto pontus $U^{5}$ A ponti pontus $G^{2}$ Pontus a ponte (gl. *pontus dicitur a potu per contrarium, quia non potatur, uel a ponte, quia ponte deficit.*) $p^{3}$ oceanus PR occeanus ($G^{1.2}$ occianus). — 71. $U^{3}$ quia uix tangis sibi fundum $U^{7}$ quia uix tangis ibi fundum $U^{5}$ quia uix tangens ibi fundum $p^{2}$ quia uix tangens tibi fundum. — 72. $U^{1}$ Dicitur hinc fretum $U^{3.7}$ M Dicitur hincque fretum $U^{2}$ qm̄ super omīa fremit $U^{4}$ quod super omīa fremit $U^{7}$ quia super omne fremit PR quod super omne fremit ($U^{6}$ $p^{2}$ habent uers. 73. 72). — 73. $U^{1}$ Dic affitriten $U^{6}$ Dicitur amphitrites PR Dic amphitritem $U^{1}$ quod terram circuit omnem PR quia terram circuit ($p^{1}$ circūit) omnem. — 75. $U^{4}$ sic dicitur aequor ab aequo $U^{6}$ tunc dicas

Cum fremit a fremitu se probat esse fretum.
Cum penitus lateat pelagus, mare cum sit amarum,
Ponte carens pontus nomen habere potest.
Candelae fulgor lux est candelaque lumen,
Lux a natura, sed lumen materiale est.
Finis consumens, est consummatio finis,
Est proprium finis, quandoque est actio finis.
Est petra quod firmum, rupes quod rumpitur illud,
Saxum sit moles unde recisa cadit.
Cautis acumen habet et ob hoc *cauet* eius origo,
Laesuramque pedis uox sonat ista lapis.
Dicitur iste dies ostenso tempore certo,
Incertum spatium denotat illa dies.
Dicitur allodium fundus, fundum maris imum.
Noctua nycticorax et bubo nyctimeneque

---

aequor ab aequo $G^{2}$ tunc aequor fiet ab aequo. — 76. $U^{4}$ sic probat ... $U^{7}$ se notat ... — 77. $U^{7}$ Quod — quod $U^{2}$ $p^{3}$ Cum — quod ($U^{6}$ $p^{3}$ habent uers. 77. 76). — 78. $U^{7}$ nomen habere solet. — 79. P fulgur. — 80. P Lux a natura est, sed lumen materiale $U^{1.2}$ Lux a natura, sed lumen materiale. — 81. $U^{2.6}$ $p^{1}$ et consummatio finis (sequitur in cod. $U^{3}$ uers. *Cuius plurale regiones dicimus esse.*). — 82. $U^{7}$ Est proprium nomen (expuncto *finis*) quandoque quod actio finis $p^{1}$ quandoque et actio finis (sequitur in codd. $U^{2.5.7}$ $G^{1.2}$ uers. *Cuius plurale regiones dicimus esse.*). — 83. $U^{5}$ $G^{2}$ uel firmum P $U^{2.3.5.6}$ $p^{3}$ quia rumpitur illud $U^{1}$ quod turpiter illud $U^{4.7}$ $G^{1.2}$ M $\mu^{1}$ $p^{1.2}$ quod rumpitur illud. — 84. $U^{4.5}$ $G^{1.2}$ cadunt $p^{1}$ cadent (ł cadit) PR cadit (sequitur in cod. $U^{4}$ uers. *Fines plurale regionem dicimus esse.*). — 85. P acumen erit codd. acumen habet $U^{2.4}$ $\mu^{1}$ $p^{2}$ ob hoc PR ab hoc. — 86. $U^{4.6}$ $G^{1}$ pedum $U^{7}$ sonet. — 87. P $U^{3.5}$ $G^{2}$ ille dies $U^{1.2.6.7}$ M $p^{1.2.3}$ iste dies $U^{4}$ $G^{1}$ ista dies $\mu^{1}$ illa dies. — 88. $U^{1.6}$ M $\mu^{1}$ $p^{1.2.3}$ spatium PR tempus $U^{3}$ $G^{2}$ $p^{3}$ ista dies PR illa dies (sequitur in cod. $U^{4}$ distichon hoc: *Margo dies funis cortex dubii generis sit* || *Cardo silex clunis iungere tu poteris.*). — 89. P et codd. allodium gl. cod. $U^{2}$: *Allodiū dr̃ ab alleos alienū et oda laus, quasi aliena laus. quia bona hereditas ab alienis ĩneūtibus laudatur. et tunc debet scribi per duplex ll. sed dū scribitur per unū l tunc deriuatur ab alo lis. quasi alens heredem. uel potest dici ab alieno as. quia hereditas de uno ĩ aliū successiue transfertur et ita alienatur.* (sequitur in cod. $U^{5}$ uers. *Fundus fundit opes sed fundus fundit lapillos.* in cod. $p^{2}$ legitur uers. hic: *Fundus fundit opes et fundit funda lapillos.* idem uers. inuenitur in gl. M.) — 90. $U^{1.2.4.5.7}$ $G^{1.2}$ M $\mu^{1}$ $p^{1}$ nocticorax P $G^{1}$ $p^{2.3}$ nictimeneque $p^{1}$ nectimeneque $U^{1.6.7}$ M

Nomina sunt auium noctis uespertilioque,
De quibus in libris nulla est distantia certa.
Est animal dictum, uegetat quia spiritus ipsum,
A fero fers fera, se quoniam fert impetuose,
Bestia quod uastat, at pecus ima notat.
Est ars rhetorica, rhetor dat dogma liberque
Rhetoricus, sit rhetorici distinctio duplex.
Arte poëtica fungor dum fingo poëma,
Ipse poëta uocor, mea fictio dicta poësis.
Est equitum clipeus sic a uerbo clepo dictus,
Est peditum scutum, quod uult caput esse rotundum.
Pectoris est proprie spinter pariterque monile,
Ornatus colli sit torques, auris inauris,
Anulus est manuum, sunt armillae scapularum,
Atque perichelides exornant brachia nymphes.
A cubito supra dimensio dicitur ulna,
Quodque premit cubitus dici solet esse lacertus,
Hae partes geminae dicuntur brachia iunctae.
Hoc nomen populus homines generaliter urbis

---

420. (iteratur in cod. $U^{2}$ uers. 407). — 421. $U^{2.4.7}$ clamidis lasciuia nodus $G^{2}$ clamisque lasciuia nodus $U^{1}\mu^{1}p^{1}$ clamidisque lasciuia nodus $G^{1}$ clamidumque lasciuia nodus. — 422. P $p^{3}$ Indeque pictorum $U^{5}$ Inde pictorum $\mu^{1}$ Inde depictorum $U^{1.7}G^{1}p^{1.2}$ Ac depictorum $U^{2.6}G^{2}$ M At depictorum $U^{4}$ Ast depictorum $U^{6}G^{1}$ laquearia sunt thalamorum. — 423. $U^{7}$ Est thalamus . . . M Dic thalamum . . . PR Sit thalamus . . . — 424. P Ac . . . $U^{4}$ Ast . . . R At . . . M $p^{3}$ dices $U^{7}$ dicent PR dicas. — 425. P $\mu^{1}p^{3}$ ac mediocris $U^{4.7}$ M $p^{1}$ est mediocris R at mediocris. — 426. $U^{5}$ conuenit sed uox. — 427. $U^{1}\mu^{1}$ dicantur $G^{2}$ dicatur $U^{6}$ dic. — 428. P $U^{4}$ ceu meretricis $G^{1}$ sicud . . . R seu . . . — 429. M dicis. — 430. lucarius (gl. cod. $U^{1}$: *forestarius*). — 431. $U^{4}\mu^{1}$ Ast lucar $U^{6}$ At lucar $p^{3}$ Ac lucar. — 433. M $p^{1.2}$ dices (gl. *ceparium ex cepis sanguine et oleo factum condimentum.*). — 434. $U^{4}$ Ast cepulatum $G^{1}$ At cepla4 tū $U^{6}$ Estque cepullarum $U^{7}$ M $p^{1.2}$ Est cepullatum PR Est cepulatum (gl. *cepulatum est brodium factum ex cepis pipere et aliis speciebus aromaticis cum carnibus leporinis.*). — 435. P Scrobes serpentum dic $U^{1.4.5.6.7}G^{1.2}$ M $\mu^{1}p^{1.3}$ Scrobes serpentum sunt $p^{2}$ Scrobes latronum sunt P speluncaque latronum $U^{1}$ M at spelunca latronum $U^{4.6.7}p^{1.3}$ ac spelunca latronum $U^{5}\mu^{1}$ et spelunca leonum $G^{1.2}$ at spelunca leonum $p^{2}$ ac spelunca leonum $U^{2}$ Scrobes serpentum, sed sit spelunca ferarum. — 436. $G^{1}$ dic antra draconum $U^{1.6}$ sunt antra leonum. — 437. P Ut placet plerisque $U^{6}p^{3}$ Ut plerisque

Fertur inexpleta iubilus laetatio mentis,
Signat concinnum laudis iubilatio cantum.
Est stipes firma de ligno facta columna,
Stips est pondus, quod pro solo ponitur asse.
Est uectis ferrum longum pariterque rotundum,
Ostia quo firmo, dictum sic a ueho uerbo,
At uerteuellas quaedam esse foramina dicas,
Quod uertuntur in his uectes quocunque iubentur.
Aequoris insula sit, fluuii tibi sit mediamnis,
Insula cincta salo, mediamnem circuit amnis.
Est locus arbustum, fert arbutus arbuta fructus,
*Haec* in plurali dicas, singlariter *hic* dic.
Meta genu femoris, sed ducit ab inguine coeptum,
Sura genu coeptum, sed surae est in pede finis,
Continet utrumque, ceu dicunt, tibia crusue.
Urinas hominum, sed lotia dic asinorum.

---

placet $U^{1.2.4.7}$ $G^2$ M $\mu^1$ $p^2$ Utque placet plerisque $U^5$ $p^1$ Utque placet pleris $G^1$ Utque placet multis $U^{1.2.7}$ $G^2$ M $\mu^1$ $p^{1.2}$ cauernae caniculorum $U^5$ cauernaeque caniculorum $G^1$ sunt et cauernae camelorum PR cauernae cuniculorum. — 439. $p^2$ Signa; ⁹tinuū cantū . . . $U^{4.7}$ M $p^3$ Signat ⁹tinuū cantū . . . $p^1$ Signat ⁹tiguū cantū . . . $U^2$ iubilatio mentis $G^1$ iubilatio uocis $U^6$ $\mu^1$ Signat concinnum laudis iubilatio cantum. — 440. $U^{1.2.4.6.7}$ $G^{1.2}$ $p^1$ columpna. — 441. P $U^4$ Haec stips est pondus pro solo ponitur asse $U^{1.6}$ $p^{1.3}$ Haec stips est pondus quod solo ponitur asse $U^2$ Stips quoddam pondus solo quod ponitur asse $\mu^1$ Stips pondus quoddam quod solo ponitur asse $U^{5.7}$ $G^{1.2}$ M $p^2$ Stips est pondus quod pro solo ponitur asse. — 442. $p^3$ longum ferrum. — 443. codd. plerique omnes: Hostia $U^2$ Hostia quo reseras $U^{1.2.4}$ $G^{1.2}$ M $p^2$ dictum sit $p^3$ sic dictum PR dictum sic. — 444. P $U^{1.4}$ $\mu^1$ $p^2$ At uerteuellas $G^2$ At uertiuellas $U^6$ $p^3$ Ac uerteuellas $U^{2.7}$ $G^1$ M $p^1$ Ast uerteuellas P $U^{1.2.4.6}$ $G^2$ M $\mu^1$ $p^3$ quaedam foramina dicas $U^7$ $p^{1.2}$ quaedam esse foramina dicas $G^1$ fore quaedam foramina dicas. — 445. P $U^{2.6.7}$ $\mu^1$ $p^3$ Quod uertuntur $U^{4.5}$ $p^2$ Quod uertantur $U^1$ $G^{1.2}$ Quod uectantur M $p^1$ Et uectuntur M quocunque uidentur PR quocunque iubentur. — 446. $U^6$ fluminis (uers. 446. 447 absunt a P, inueniuntur in omnibus quos contuli codicibus, iidem supra leguntur X 140. 141). — 448. $U^{1.2.4}$ $G^{1.2}$ M $p^{1.2}$ sunt arbutus arbuta fructus. — 449. P singulariter hec dic $p^1$ ſingl'arit' hic eſt R ſingl'arit' hic dic ($p^3$ dic hic) gl. cod. $U^2$ *arbutus masculini generis*. — 450. P $G^2$ genus R genu. — 451. P genus codd. genu. — 452. P $G^{1.2}$ $p^3$ seu dicunt. — 453. $U^{1.5}$ $p^1$ sed locia.

Uirtus iustitia est, sed iustitium fit in urbe.
Limus aquae, spectat ad ferrum lima terendum.
Est Helice maior ursa, septentrio, plaustrum,
Est Cynosura minor ursa, septentrio, plaustrum,
Custos Arctophylax, Arcturus siue Bootes.
Est thorax pectus, thorax lorica liquorque,
Estque toral lecto quod supra ponitur alto
Ornatus causa, quod fertur culcitra picta.
Esse librum librique ducem dic esse registrum.

---

## *Cap. XIII.*

# De nominibus adiectiuis.

Aeternum uere sine principio et sine fine,
Perpetuum, cui principium, sed fine carebit,
Hoc animam dicas, dicasque perenne per annos,
At quodcunque uelis sempiternum bene dicis,

---

sunt asinorum. — 454. P Uirtus iustitiam $G^1$ Uirtus iusticia est $p^1$ Uirtus iusticie (ł iusticia) R Uirtus iustit(c)ia P sed iusticium sit in urbe $U^2$ sed iusticium fit in urbe (gl. *ī ciuitate*) $U^6$ sed iustitium fit in urbe $U^1$ sed iudicium quod in urbe $U^{4\cdot 5}$ $G^1$ $\mu^1$ sed iustitium ($U^5$ $G^1$ $\mu^1$ iusticium) quod in urbe $G^2$ sed iudicia quod in urbe est $U^7$ M $p^{1\cdot 2}$ sed iusticium quod in urbe est $p^3$ sed iusticium quod fit in urbe. — 456. $U^{1\cdot 2}$ Est ursa est elice maior . . . $G^1$ Est ursaque helice maior . . . $p^3$ Est elice maior ursa . . . P R Est ursa elice maior . . . — 457. $U^4$ $\mu^1$ Est cinosura minor ursa est septentrio plaustrum M $p^1$ Cynosura ($p^1$ Cinosura) minor ursa est septentrio plaustrum $U^7$ om. h. u. — 458. M $p^1$ Custos est . . . P et codd. plerique: boetes. — 459. (gl. *liquor s. quoddam unguentum* gl. cod. $U^2$: *sudor pectoris.*). — 461. $U^6$ quod fertur culcitra picta P R quod dicunt culcitra picta. — 462. $U^5$ Ast librum . . . P R Esse librum . . .

1. $p^3$ et sine fine P R om. *et.* — 2. $U^7$ tibi principium $p^2$ dat principium. — 3. $U^{1\cdot 4}$ dices dicasque $U^6$ dices (a) dicesque $U^2$ dicas et (dicas (al. m.)) . . . P R dicas dicasque P perenne per annum $U^{1\cdot 5\cdot 6}$ $G^1$ $p^2$ perenne per annos $U^{2\cdot 4\cdot 7}$ M $\mu^1$ $p^{1\cdot 3}$ perhenne per annos $G^2$ perhenne per hennos. — 4. $U^5$ Ad quoſcūq; $G^2$ $p^1$ Ad qdcūq; $p^3$ Ad quocūq; P R At quodcunque

Et tamen aeternum sempiternumque simul sunt.
Illatum uulnus, innatum dicitur ulcus,
Infero sit primi caput innascorque secundi.
Rumor credibilis res, credula quae cito credit,
Sic incredibilis et sic incredula distant.
Sunt tria quae pariter substantiuant muliebre:
Dustria, curia, iuria, si praecedat *in* istis.
Est uinum bibile, bibulum concedis harenae,
Actum significat bibulus, bibilis facit aptum.
Lumine priuatus uiolenter dicitur orbus,
Caecus inutiliter gerit instrumenta uidendi.
Est is abortiuus, qui caesa tractus ab aluo est,
Postumus est natus post exsequias genitoris.
Sit uerbis lepidus aliquis factisque facetus.
Te uestis pulchrum reddit, natura decorum.
Angustum tempus dicetur, sed locus artus,
Ango sit primi caput, arceo sitque secundi.
Album natura facit, est res candida cura,
Estque dealbatus paries albedine tinctus.
Subdolus est uerbo mihi, perfidus est malefacto,

---

5. $p^2$ Sed tamen . . . ($U^2$ habet uers. 1. 2. 5. 3. 4.) — 6. P$U^4$ ignatum $U^2G^1$ dicimus (sequitur in cod. $G^1$ uers. *Infertur uulnus, sed per se nascitur ulcus.*). — 7. $U^1p^3$ ignascorque. — 8. $U^6p^3$ quae cito transit. — 9. $G^2$ $p^2$ Sic incredibilis et res incredula distant. — 10. $G^2$ quae pariterque $U^4$ quae tantum. — 11. $G^1$ iuria curia $U^1$ si in praecedit in istis $U^5$ si in praecedat in istis $U^6$ sed in praecedit in istis $U^{2.4}G^2$ si praecedit in istis PR si praecedat in istis. — 12. $U^6G^1$ concedit. — 13. $U^{2.6}$ bibulum $\mu^1$ bibilum. — 16. P qui cesa matris ab aluo est $G^2$ qui ceſ$^9$ matris ab aluo $G^1$ qui ceſus tractus ab aluo $U^{1.4.5.6}M\mu^1p^{1.2}$ qui cesa ($U^5$ ceso) tractus ab aluo $p^3$ qui tractus cesa ab aluo $U^2$ cesa qui tractus ab aluo $U^7$ qui cesa tractus ab aluo est. — 17. $U^2$ est genitus. — 18. $U^1p^3$ Est uerbis lepidus $\mu^1$ Sit lepidus uerbis PR Sit uerbis lepidus. — 19. $U^1$ Te pulcrum uestis reddit (fit (al. m.)) $\mu^1$ Ast uestis pulcrum reddis. — 21. $U^2$ arceoque secundi $G^1p^1$ arceoque secundi $p^3$ arceoque sit secundi $U^6$ arceo arcesque secundi PR arceo sitque secundi. — 22. P sed res est candida cura M sed res candida cura $G^2$ et res candida cura $\mu^1$ — — faciet res candida cura $p^2$ res est candida cura R est res candida cura.

Nam dolus est uerbi, factique fides solet esse.
Nobilis est homo mente uel ingenuus, bene pugnans
Inclitus, insignem facit ipsum purpura regem.
Reddit origo patrum laudabilis hunc generosum,
Dicitur illustris uir conspicuus benefactis,
Egregius proprie sublimatus probitate.
Hasta teres proprie tibi sit pomumque rotundum.
Semestris luna medio sub mense reducta.
Pernix pro uelox casus producit ubique,
Pernitorque caput illius dicitur esse,
Si breuiat casus, tunc est nota perditionis,
Ast eius coeptum dicatur perneco uerbum:
*Icarus ad caelum tendit pernīcibus alis,*
*Sed possum melius dicere pernĭcibus.*
Semper hians patulum liquet esse, patens quod ad horam,
Dic patulas aures, oculos dic esse patentes.
Terrea sunt uasa, terrena colentia terram,
Uerum terrestre nomen comprendit utrumque.
Confinis meus est, mihi mansio proxima cuius,
Signa parentelae notat hinc affinis et inde.

---

25. P $p^{2}$ Nam dolus est uerbis $U^{5}$ $G^{1}$ Nam dolus est uerbo $U^{1.6.7}$ $G^{2}$ M $\mu^{1}$ $p^{3}$ Nam dolus est uerbi $p^{1}$ Nam dolus uerbi $U^{2}$ Namque dolus uerbi $U^{4}$ Estque dolus uerbi. — 26. P. Nobilis mente: uir ingenuus bene pugnans $U^{2}$ Nobilis est homo mente sed ingenuus bene pugnans $U^{5}$ $p^{2}$ Nobilis est homo mente uel ingenio bene pugnans R Nobilis est homo mente uel ingenuus bene pugnans. — 27. $U^{5}$ M ipsa. — 29. $p^{2}$ conspicuus bonitate. — 30. $U^{1}$ propriis $U^{2}$ bonitate (P habet uers. 14. 22. 23. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 24. 25. 26. 27. 15. 28. 29. 30). — 31. $U^{5}$ proprie tibi sitque $p^{2}$ tibi sit proprie. — 32. $G^{1}$ Semestris lucina medio sub mense reducta $U^{5}$ Semestris luna medio sub mense redacta $p^{2}$ Semestris luna est medio sub mense reducta PR Semestris luna medio sub mense reducta. — 34. P Pernitorque caput eius quoque dicitur esse $U^{2}$ Pernicor [gl. *perfecte laboro*] capud illius dicitur esse $p^{1}$ Pernicorque caput istius dicitur esse R Pernicorque caput illius dicitur esse. — 35. $U^{4}$ Si breuiet $G^{2}$ Si breuiatque PR Si breuiat. — 36. $U^{4.7}$ Ac eius ceptum $U^{5}$ At eiusque caput R Ast eius ceptum ($\mu^{1}$ captum) M $p^{1}$ dicetur PR dicatur. — 38. $U^{6}$ Sed possum $G^{1}$ Est posse PR Sed possem. — 41. $PU^{1.4}$ $G^{1}$ $p^{2.3}$ terram R terras. — 42. $U^{5}$ Uerbum $PU^{6}$ $G^{1}$ $p^{2.3}$ comprehendit. — 44. P notatque affinis et inde codd. notat hinc [gl. cod. $U^{2}$: *ex matre*] affinis et inde [gl.

Humida res extra, res uuida dicitur intra,
Humeo fons primi tibi sit, caput uua secundi.
Diues et intentus notat assiduus sub eadem
Uoce, pro intentus est assideo caput eius,
Quando notat diues, tunc est as eius origo.
Dicitur elinguis qui nescit parcere uerbis,
Duplicis at cordis homo dicitur esse bilinguis.
Dicitur arcitenens aliquis quando tenet arcum,
   Primatumque tenens dicitur architenens.
Aemulus ille tibi sit, cui labor est imitari
Doctum, quique bonis socii dolet inuidus ille,
Aemulus improprie fertur tamen inuidus esse.
De multis proprie primus dices aliusque,
Sed prior ac alter dic concordare duobus,
Istis alteruter uter associes et uterque.
A figor fixus, a findor sit tibi fissus,
Fixuram primum designat, at illud hiatum.
Uiuax ingenium, sed uiuidus est color oris,

---

cod. $U^{2}$: *ex patre*]. — 45. P et codd. Humida $U^{1.4}$ $p^{3}$ uda $U^{6}$ nuda $G^{2}$ unda $U^{1.2}$ $G^{1}$ infra. — 46. $p^{2}$ Humet PR Humeo $U^{1}$ caput ima $U^{6}$ caput yma $U^{7}$ caput uda. — 47. $U^{1}$ Diues intentus. — 48. $U^{5}$ M $\mu^{1}$ $p^{1}$ pro intentus est assiduo caput eius $U^{1}$ pro intentus assideo est caput eius PR pro intentus est assideo caput eius. — 49. P tunc est as assis origo $U^{1}$ tunc assis eius origo R tunc est as eius origo (gl. cod. $U^{2}$: *quia h; multas affes.*). — 51. $U^{6}$ debet esse bilinguis. — 52. P $U^{1.5}$ M $\mu^{1}$ Dicitur arcitenens aliquis quando tenet arcum $U^{2.4.7}$ $G^{1.2}$ $p^{1.2.3}$ Dicitur architenens aliquis quando tenet arcum ($p^{2}$ archum) $U^{6}$ Dicitur architenens qm̄ sibi possidet arcum (sequitur in codd. $U^{1.5}$ $\mu^{1}$ $p^{3}$ uers. *Dicitur artitenens* ($p^{3}$ *architenens*) *qm̄ sibi possidet artem.* in codd. $G^{1}$ $p^{2}$ legitur: *Dicitur artitenens aliquis qui* ($p^{2}$ *cū*) *possidet artem.*). — 53. (sequitur in cod. $U^{2}$ uers. *Dr̄ artitenēs qn̄* [fibim;] *, tenet artem.*). — 54 $U^{4}$ ymitandi. — 55. P emulus ille $U^{6}$ inuidus ille est $U^{7}$ inuidus esto R inuidus ille. — 57. P primus proprie codd. proprie primus ($p^{3}$ proprie dices primus) P$U^{6}$ dicas codd. reliqui: dices $U^{2.5}$ $p^{3}$ aliusue P et codd. reliqui: aliusque. — 58. $U^{1}$ conuenire M concomitare (ł concordare) PR concordare. — 59. P neuter socias . . . codd. uter associes . . . — 60. P$U^{4.7}$ figo — findo $U^{6}$ fixo — fundo $G^{2}$ figo — fingo $G^{1}$ figor — findo $p^{2}$ figo — findor R figor — findor. — 61. P Fixuramque — ad illud $U^{7}$ ac illud $p^{1}$ et illud $G^{1}$ at alt' R at illud.

Inde uigorosum corpus tibi dicitur esse,
Est homo uitalis, comes est cui uita salubris.
Signat emax quod emit uel quod dignum est ut ematur,
Tantum passiuum respicit empticium.
Est censu cupidus, sed honore uir ambitiosus,
A cupio primum, sed ab ambio dico secundum.
Immemor oblītus notat, oblĭtus est maculatus,
Huic obliuiscor, est illius oblĭno coeptum.
Res est sincēra, res sincĕris est quoque pura,
Et cum praedictis sincĕre signat idem.
Diuersum tamen est ab eis in origine, namque
Huic caries, illis est sine cera caput.
Ueridicus dictis, sed uerax est homo factis,
At sermo uerus sit tibi ueridicus.
Laetus es aut alacer praesenti prosperitate,
Instantique bono sospes es aut hilaris.
Sospes enim cum spe sociumue spei notat esse,
Incolumem dices quem sanum corpore cernes.

---

65. $U^1 \mu^1$ uel quod dignum ut ematur $P G^1 M p^{2.3}$ uel quod dignum est ut ematur $U^7$ et quod dignum est ut ematur $U^{2.6} G^2$ uel quod dignum quod ematur $U^{4.5} p^1$ uel quod dignum est quod ematur. — 66. $P U^6 \mu^1$ Passiuum tantum R Tantum passiuum $U^5$ concipit $U^7 p^1$ recipit P R respicit. — 67. P sensu $U^7 G^2$ census R censu. — 69. $G^1$ maculosus. — 70. P Hinc obliuiscor codd. Huic obliuiscor P ast illius oblitio ceptum $U^{1.5} G^{1.2} M p^{2.3}$ at illius oblino ceptum $p^1$ aut illius . . . $U^2 \mu^1$ ast illius . . . $U^{4.6.7}$ est illius . . . — 71. $P U^2 G^1$ res sinceris est quoque pura R res sinceris quoque pura. — 72. $P U^7$ notat idem. — 73. $U^6$ in origine tantum. — 74. $P U^6$ Est illis ($U^6$ illic) caries, his sine cera caput $p^3$ Est huic caries,. Illis sine cera caput $U^1 p^3$ Huic caries, illis cum sine cera caput ($p^2$ capud) $U^2$ Huic caries, illis sine cera est capud $U^{4.5.7} M p^1$ Huic caries, illis (M istis) est sine cera caput $G^1$ Huic caries, illis sed sine cera caput $G^2$ Huic caries est illis est sine cera capud $\mu^1$ Et caries illis est sine cera caput. — 75. $p^{1.3}$ Ueredicus $U^7$ sed uerax est quoque factis. — 76. $P U^7$ Ac . . . M Ast . . . R At . . . $p^{1.3}$ ueredicus. — 77. P $p^3$ Letus aut alacer $U^7$ Letus ē ac alacer $p^2$ Letus ē aut alacer R Letus es aut alacer. — 78. P $p^3$ hospes est aut hilaris $U^5$ sospes ē aut hilaris $p^2$ sospes ē et ilaris $U^7$ sospes es ac hylaris R sospes es aut hi(y)laris. — 79. $U^{5.7} G^2 M \mu^1 p^{1.2.3}$ sociumue spei notat in se $U^{1.2.4.6} G^1$ sociumue ($U^4$—que) spei notat esse. — 80. $P U^{1.4.5.7} M \mu^1 p^2$ Incolumem dices $p^3$

Est bonus aut sapiens probus aut uir relligiosus,
Pro placidoque probum saepe legis positum.
Post gibbosus habet strumam, gibbrosus at ante,
Fertur utrobique strumam strumosus habere.
Ambītus circumdatus est cum tempore signans,
Ambĭtus est nota circuitus, tantummodo nomen.
Additur his quod et ambĭtus est affectus honoris,
Quod translatiue dictum credo magis esse.
Uultu concinno uir tristis dicitur esse,
Dicitur at maestus uir mente, habituque molestus.
Est homo securus a cura quaque remotus,
Sed uir in agminibus confidens est bene tutus.
Dicitur id facile quod non grauat ad faciendum,
Cui non pondus inest dicitur esse leue.
Oppositum facili graue dico, leui quoque pondus,
Hoc ex praedictis noscere quisque potest.
Unus cum solus, quorum genitiuus in īus,
Absque uocatiuo non sunt testante magistro.
Proximus est quiuis natura conditionis,

---

Incolumem dicis $U^{2.6}$ $G^{2}$ $p^{1}$ Incolumem dicas $G^{1}$ Dicas incolumem P $\mu^{1}$ quem cernis corpore sanum $U^{1.2.4.5.6}$ $G^{1}$ $p^{3}$ quem sanum corpore cernis M $p^{1.2}$ quem sanum corpore cernes $U^{7}$ quem sanum corpore serues $G^{2}$ quem sanum corpore reddis. — 81. $G^{2}$ est uir . . . — 82. P Pro placido probum $U^{1.5.6.7}$ $G^{2}$ M $p^{2}$ Pro placidoque bonum $U^{2}$ $G^{1}$ $p^{3}$ Pro placitoque probum $U^{4}$ $\mu^{1}$ $p^{1}$ Pro placidoque probum. — 83. P $U^{1.2}$ $G^{2}$ $p^{3}$ et ante $U^{7}$ ac ante $U^{4.5}$ $G^{1}$ M $\mu^{1}$ $p^{1.2}$ at ante $U^{6}$ ut ante. — 84. P Fertur ubique tamen strumam strumosus habere codd. Fertur utrobique strumam . . . (gl. *strumosus est ille qui habet utrobique*). — 85. $G^{2}$ cum proprie signans $\mu^{1}$ cum tempora signans PR cum tempore signans (gl. *ambitus media producta est circumdatus et est participium.*). — 87. P Additur hic et quod $U^{6}$ Additur hisque et quod $U^{1.4}$ Additur his quod et $U^{2.7}$ M $\mu^{1}$ $p^{1.3}$ Additur hiis quod et $U^{5}$ $G^{1}$ Additur hÿs quod et $G^{2}$ Additur hÿs quod $p^{2}$ Additur his quod. — 88. P $U^{1.4.6}$ $p^{3}$ dictum credo R credo dictum. — 90. P $U^{1.4.6.7}$ $G^{2}$ $p^{3}$ ac mestus $U^{5}$ et mestus. — 91. P a quaque cura $p^{2}$ a cura quasi. — 92. P est bene tutus $U^{6}$ est benedictus R est homo tutus. — 93. $G^{1}$ grauet (gl. marg. cod. $p^{1}$: *sic̄ ciphus uini ad bibendum.*). — 94. P $U^{6}$ $\mu^{1}$ adest (sequitur in cod. $U^{1}$ uers. pentam. *Pro plano leuis, pro leuitate leuis.*). — 98. (sequitur in codd. $U^{2.3.5}$ uers. *Additur hiis totus quia non caret ipse* ($U^{5}$ *quia non caruitque*) *uocante.* in cod. $U^{6}$ legitur: *Set quinto totum quidam priuare tulerunt.*). — 99. P $p^{1}$

Spe conuertendi bonus est homo proximus hosti,
Proximus est tantum quem constat stirpe propinquum,
Proximus estque suum mihi praesentans benefactum,
Confinisque meus mihi proximus, ut notat usus.
Ad corpus sanctus, ad mentem pertinet almus,
Uir sacer est digne qui sacra solet celebrare.
Praedo rapax, fluuius rapidus, rabidusque catellus,
Ultimus a rabie, sunt a rapio duo primi.
Totum comprendit massam, sed diuidit omne,
Et quandoque tamen complectitur omnia cunctus,
Et quandoque tamen colligit opposita.
Uomer aduncus, anus incurua, et pandus asellus,
Et tamen interdum comprendit omnia curuum.
Rusticus esto loquax, ostentatorque procax sit,
Garrula sit uolucris, replicans homo uerba dicax sit,

---

cuiuis $U^{5}$ quisque (sequitur in cod. $p^{2}$ uers. *Tempore . mte . loco . gente . natura propinc⁹.*). — 100. P $U^{1.4.6.7}$ $G^{2}$ Sepe . . . $U^{6}$ bonus conuertendi. — 101. $U^{7}$ quem constet . . . $p^{2}$ qui constat stirpe propinquus. — 102. (sequitur in cod. $U^{7}$ uers. *Tpe mēte loco natura gente propinquo.*). — 103. P $G^{2}$ Confinis meus est mihi proximus R Confinisque meus mihi proximus $U^{2}$ notat (al. m. *probat*) $U^{1}$ habet uers. 101. 102. 99. 100. 103. $U^{6.7}$ $p^{3}$ habent uers. 99. 100. 102. 103. 101. — 104. $U^{5}$ $G^{2}$ fcm. — 105. $U^{3}$ ille qui $p^{2}$ eque qui. — 106. $U^{2.6}$ rapidus fluuius. — 107. $U^{1.4.7}$ $G^{1}$ $p^{1.2.3}$ duo primi PR duo prima. — 108. P $U^{2.6}$ $G^{1.2}$ $p^{3}$ comprehendit (sequitur in P $U^{2}$ distichon hoc: *Et quandoque tamen complectitur omnia cunctus* || *Et quandoque tamen colligit opposit*os. in cod. $U^{1}$ legitur: *Et quandoque tamen complectitur omnia cunctis*. in margine sinistro insequentis folii inuenitur alia manu scriptum: *Et qn; tn colligit oppoitos.* $U^{4}$ habet: *Et quandoque tamen ⁹phendit omnia cunctus* [om. uers. pentam.] $U^{6}$ $G^{2}$ $\mu^{1}$ habent: *Et quandoque tamen colligit opposita* [$G^{2}$ — *tos*] *Et quandoque tamen complectitur omnia cunctus.* abest uers. pentam. a codd. $U^{3.4.5.7}$ M $G^{1}$ $p^{1.2}$). — 109. (gl. cod. $U^{2}$ *i. totū et ōē*). — 111. $U^{1}$ hamus $G^{2}$ amus P(M?) asinus quoque pandus $U^{1.2}$ quod pandus asellus $U^{6}$ — — q; pandus asellus $U^{3.4.5.7}$ $\mu^{1}$ $p^{1.2}$ et pandus asellus $p^{3}$ sed pandus asellus $G^{2}$ pandus asellus $G^{1}$ et asellus pandus. — 112. P $U^{2.4.5.7}$ (M?) $p^{1}$ Interdumque tamen $U^{1}$ $p^{2.3}$ Et tamen interdum $U^{6}$ Ac tamen interdum $\mu^{1}$ At tamen interdum $U^{3}$ $G^{1.2}$ Et quandoque tamen P $U^{2.3.4.5.7}$ $G^{1.2}$ (M?) $p^{1}$ complectitur omnia curuus $U^{1}$ comprendit omnia curuum $U^{6}$ $\mu^{1}$ $p^{2.3}$ comprendit omnia curuus — 113. $U^{3}$ ostentator quoque procax $G^{2}$ ostentatorque procax est. — 114. P replicans uerbaque dicax sit $U^{1}$ tibi sit replicans homo dicax

Facundus proprie uerbis dicatur abundans,
Uerum disserere qui nouerit ille disertus.
Improbus est aliquis uerbo, factoque proteruus.
Corpus habens habile cursu fertur citus esse,
Accelerans celer est, sed currens impetuose
Uelox uel uolucer, haec confundit tamen usus.
Dapsilis est dapibus, largus aliis quoque rebus.
Concinnus cantus dicatur, congruus ordo,
  Concors hac uoce uelle notatur idem.
Ad numerum paritas, aequale ad corpora spectat,
  Et de compositis dicitur illud idem.
Aduena fertur homo, quia sit ueniens aliunde
Spe uico castro uel rure uel urbe manendi,
De prope conueniens, quasi sit tecto sub eodem,
Conuena dicetur, erraticus est alienus,
Qui peragrat uaria loca cum pera peregrinus,
  Ast inquilinus dicitur illud idem.
Desidet a primis deses, segnisque uigorem
Non habet, ignauus animi uacuatur ab igne,

---

$U^{2.4.6}$ $G^1$ $\mu^1$ $p^3$ replicans homo uerba dicax sit $U^{3.7}$ $G^2$ replicans sua uerba dicax sit $U^5$ M $p^1$ replicans sed uerba dicax sit ($p^1$ est) $p^2$ replicans homo uerbaque dicax. — 115. P uerbis dicitur abundans $G^1$ $p^3$ uerbis dicatur habundus $U^6$ dicatur uerbis habundans. — 116. P $\mu^1$ $p^3$ Uerbum . . . R Uerum . . . (gl. *disertus uero qui diuersas ornate rationes nouit inducere ualentes ad propositum probandum.*). — 117. $U^3$ facto uerboque ($U^1$ om. h. u.). — 118. $U^{1.4}$ abile $U^6$ agile $U^3$ fertur cursu citus esse. — 119. $U^3$ sit currens . . . — 120. $U^2$ Uelox uel uolucer est, confundit tamen usus P $U^{4.6}$ $G^{1.2}$ M $p^{2.3}$ Uelox uel uolucer, hoc confundit ($U^6$ confudit) tamen usus. — 121. P $U^{2.4.6}$ $\mu^1$ $p^{2.3}$ aliis rebus quoque largus $U^1$ largus aliis quoque rebus $U^{3.5.7}$ $G^{1.2}$ M $p^1$ aliis largus quoque rebus. — 124. $U^7$ equale ad corpora dicas $G^1$ equale ad pondera spectat (uers. 124. 125 absunt a P, inueniuntur in codd. $U^{1.2.3.4.5.6.7}$ $G^{1.2}$ M $p^{2.3}$). — 126. $G^2$ quod sit $\mu^1$ q̊; sit $p^2$ qui sit PR quia sit. — 127. $U^{1.4}$ Sepe . . . $G^1$ $p^1$ uel ruppe $p^2$ uel turre $U^1$ meandi. — 128. $G^1$ Sed prope $p^3$ ueniens $U^2$ om. h. u. — 129. $U^{1.6}$ $p^3$ dicatur $U^7$ dicitur PR dicetur $p^2$ extraneus est alienus M erraticus sit alienus PR erraticus est alienus. — 130. $U^7$ peragat. — 131. M At . . . $p^3$ Ac . . . $U^{2.4}$ $p^1$ inquillinus. — 132. $U^6$ Dissidet $U^7$ in primis (gl. *deses est qui desistit a re inchoata.*). — 133. $U^7$ uocatur $\mu^1$ uocatus.

Estque piger pedibus, sed iners priuatus ab arte.
Si quaeras: quotus iste uenit? numerum mihi signas,
Si: quotus iste sedet a me? tunc ordo notatur:
  Ordo notatur ita per quotus et numerus.
Cautum prouisum, cautum signat quoque firmum.
Crudus non coctus, est crudelis quoque crudus.
Bos nondum domitus a multis dicitur iniux,
Subque iugo positus bos dicetur tibi subiux,
  At si sit serus dicitur emeritus.
Est uir in obsequiis fidus, sermone fidelis,
At fido primi caput esto, fidesque secundi.
Dicitur ingratus acceptorum immemor omnis,
Et cuius merita sequitur retributio nulla,
Et cui dicendi deest gratia uel faciendi.
Est binus geminus, anni gemini quoque bimus,
  Unus fons primo, fons sit hiems reliquo.
Dente carens edentulus est sed natus habere,
Qui dentes habuit nec habet dentes nec habebit
Est edentatus: prior est infans, uetus alter.

---

134. $U^{1}$ Est piger $U^{7}$ Cumque piger P priuetur $U^{5}\mu^{1}$ priuatus R priuatur. — 135. $U^{5}$ Si quaeris $p^{1.2}$ ille P $U^{1.5.7}G^{1}\mu^{1}p^{2.3}$ numerum mihi signas $U^{6}$ numerum mihi signes $U^{2.4}$ numerum mihi signat $U^{8}p^{1}$ numerum tibi signat M numerum sibi signat $G^{2}$ mundus tibi signat. — 136. $p^{1}$ ille $U^{7}$ uocatur. —137. $U^{7}$ uocatur. — 138. $U^{3}$ Cautus prouisum, cautus signat quoque firmum $U^{4}$ Cautum prouisum signat, cautum quoque firmum $G^{2}$ Cautum prouisum, cautum quoque signat firmum P R Cautum prouisum, cautum signat quoque firmum. — 139. $U^{1}$ crudelis est. — 140. $p^{1}$ nondum cultus (al. m. domitus) P $U^{2.3.4.5.6}$ iniux $U^{6}p^{2.3}$ iniunx $U^{1.7}G^{2}M\mu^{1}p^{1}$ inius $G^{1}$ ym⁹. — 141. $U^{3}$ dicatur mihi subiux P R dicetur tibi subiux ($U^{6}p^{2.3}$ subiunx $U^{1.7}G^{2}M\mu^{1}p^{1}$ subius $G^{1}$ subiuns). — 142. $\mu^{1}$ senex $G^{1}$ dicetur. — 143. $\mu^{1}$ in obliquiis. — 144. $U^{3.4.5.6.7}G^{1}p^{1}$ A fido P R At fido (cf. uers. 246). — 145. $U^{1.7}G^{2}$ acceptor immemor omnis $p^{3}$ accepti non memor omnis. — 146. $U^{1}$ tributio $G^{2}$ retributio mala. — 148. $U^{5}$ Est bimus . . . $U^{1}G^{1}$ anni gemini quoque binus. — 149. $U^{5}$ fons yemis reliquo $U^{6}$ fons yemis est reliquus $p^{1}$ fons est hyemis reliquo P R fons sit hiems ($U^{1.3}G^{1}p^{2.3}$ yems $G^{2}\mu^{1}$ yemps $U^{2}$ hyemps $U^{4}$ hyems) reliquo. — 150. P sed aptus habere codd. sed natus habere (gl. cod. $p^{1}$: *apt⁹ ad habendū dentes*). — 152. $U^{2}$ prior infans et uetus alter $U^{6}p^{2}$ prior infans est, uetus alter $U^{7}$ prior est puer, uetus alter.

Campester uolucer alacerque saluber equester
Siluester celeber acerque celerque pedester
Horum bis quinque tenet *hic* er et *haec* is et *hoc* e,
Sic et non aliter debes formare paluster.
Nullius possessor inops homo dicitur esse,
Pauper cui possessorum non suppetit usus,
At mendicus qui pro uoce manu quasi quaerit.
Audax non audenda cauens audenda requirit,
Sed quae sunt audenda cauet temerarius, inde
Quae non sunt audenda petit, socors sine corde
Quae sunt audenda, quae non audenda cauebit.
Esse locus debet dubius, ubi sit uia duplex,
    Anceps est gladius, quaestioque ambigua.

---

153. P $U^3$ $G^1$ M $p^{1.2}$ alacerque saluber equester $U^1$ $\mu^1$ alacer celerque pedester $U^{2.5}$ $p^3$ alacerque pedester equester $U^4$ alacer uolucerque saluber equester $U^6$ alacer celer atque pedester $U^7$ acerque celerque saluber $G^2$ alacer saluber equester. — 154. P $U^3$ $G^1$ M $p^{1.2}$ acerque celerque pedester $U^1$ equester acerque saluber $U^{2.6}$ $\mu^1$ acerque saluber equester $U^4$ celer acer atque pedester $U^5$ $p^3$ acerque celerque saluber $G^2$ acer celerque pedester $U^7$ om. h. u. — 155. P $U^6$ $G^1$ Ex his bis quinque $\mu^1$ $p^3$ Hiis in bis quinque R Horum bis quinque P $\mu^1$ hic er hec is et hoc e $U^6$ hic er hec is hoc e. — 156. P $U^{4.6.7}$ $G^2$ $\mu^1$ $p^3$ Sic et non aliter uolo ($U^7$ ueīo) declinare paluster $p^1$ Sic et non aliter tu declinato paluster $U^{1.5}$ M Sic et non aliter debes formare paluster $U^2$ $G^1$ Sic et non aliter debes uariare paluster $U^3$ Sicque paluster erit nec praetermitte sequester $p^2$ Istis undecimum potes as⟨s⟩ociare paluster (sequitur in codd. $U^2$ $G^1$ uers. *Ludicer addetur licet ut* [$G^1$ *sed ut*] *dexter uarietur*). — 157. P $U^{1.2.6.7}$ M $\mu^1$ $p^2$ Nullus possessor. — 158. $G^1$ Pauper erit cui . . . — 159. P $U^7$ Ac . . . M At mendicus erit qui uoce manu quasi quaerit. — 160. (gl. marg. cod. $U^1$: *audax ē ille qui cauet nō audenda et fac̄ audenda.*). — 161. $U^1$ Non quae sunt audenda $G^1$ $p^1$ Et quae . . . P R Sed quae . . . $U^5$ temerarius ille (gl. marg. cod. $U^1$: *temerarīꝰ ē ille qui cauet audenda et fac̄ n̄ audenda.*). — 163. $\mu^1$ quae non cauenda cauebit (gl. marg. cod. $U^1$: *secors est ille qui cauet audenda et nō audenda et dr̄ de sine et cor dis.*). — 164. P Esse locus dubius dicatur, ubi uia duplex $U^1$ Esse locus debet ubi si uia sit duplex $U^2$ Esse locus dubius dici debet uia duplex $U^{4.5.7}$ $G^{1.2}$ M $p^{1.2}$ Esse locus debet dubius, ubi sit uia duplex $U^6$ Esse debet locus dubius, ubi sit uia duplex $\mu^1$ Esse locus dubius debet, ubi sit uia duplex $U^8$ $p^3$ Esse locus dubius debet, si sit uia duplex. — 165. P gladio $U^{1.4}$ quaestio ambigua.

Est diues proprie, cui res succedit abunde,
Felix qui possessa tenet cum prosperitate.
Instudet aeternis sapiens, prudensque futuris.
Quod leuiter penetrare potes penetrabile dices,
Quod domus interior capit hoc penetrale uocabis.
Quod sentire potest et sentiri tibi sit res
Sensibilis, sed sentiri sit sensile tantum.
Terra ferax culta, regio dicatur opima,
Fertilis alta domus, homo sit locuples opulentus.
Nil mentis retinens homo secum dicitur amens,
Partim mente furens, non prorsus, sit tibi demens.
Spiritus inde malus uaemens est, uae quia menti
Ingerit, at bonus hinc, quoniam uae subtrahit illi.
Uas sit odoriferum tibi, sit quod odorat odorum.
Crudelis placito, ferus est homo percutiendo,
Saeuus in utroque, placito uel percutiendo.
Est numeri paucus, sed staturae nota paruus,
Opponas pauco multum, magnum quoque paruo.
Est indiuiduum corpus, quo non minus ullum,

---

166. $U^4$ Est proprie diues $p^2$ habunda. — 169. $p^3$ penetrari potest $U^{3.4.5.6}\mu^1$ dicas $G^2$ dicis P R dices. — 170. $U^1$ inferior. — 171. $U^2$ Quod sentiri potest et sentire $U^{5.7}G^1$ Quod sentire potest uel sentiri $U^4$ tibi res est $U^5$ M $p^3$ tibi res sit P R tibi sit res. — 172. P $U^{1.2.4.7}\mu^1$ sentire potens est sensile tantum $p^1$ sed sentire potens est sensile tantum $U^{3.6}G^2$ sentire potens sit sensile tantum M $p^3$ sentiri potens est sensile tantum $U^5$ hec sentiri sit sensile tantum $G^1$ $p^2$ sed sentiri sit sensile tantum (gl. *sensile dicitur res quae potest tantum sentiri per passiuam significationem, ut lignum lapis et gladius.*). — 173. $U^1$ cultu. — 174. $G^2$ sed sit locuplex opulentus. — 175. $U^6$ menti. — 176. $U^3$ Partim mente fruens homo prorsus sit tibi demens $U^5$ $p^1$ Partim mente fruens non prorsus dicitur demens. — 177. $U^1$ est uehemens P R uehemens est (metri causa scripsi *uaemens* est. — 178. P $U^{1.2.6}$ $p^3$ atque bonus quoniam . . . $G^{1.2}$ M at bonus quoniam . . . $U^{3.4.5}$ $p^2$ at bonus hinc quoniam . . . $U^7$ $\mu^1$ ast bonus hinc quoniam . . . $p^1$ et bonus ueh quoniam hinc . . . — 181. $p^3$ in utroque est. — 182. $G^1$ Ad numerum paucus P $U^{1.2.3.4}$ $G^{1.2}$ $\mu^1$ $p^2$ sed staturae nota paruus $U^7$ sed statura nota paruis $U^{5.6}$ M staturae sit nota paruus $p^3$ sit staturae nota paruus $p^1$ om. h. u. — 183. $U^6$ multum pauco $U^4$ $p^3$ paruo quoque magnum.

Et quod duritia nequit iste secare uel ille,
Ac indiuiduum nimio dicatur amore,
Discretum tandem sub uoce tenetur eadem.
Dicitur a luna lunaticus hac ratione,
Quod certis sub temporibus mensis furit ille,
At limphaticus est, cerebrum cuius malus humor
Turbat et illidit, sed non sub tempore certo.
Est energumenus, quem daemon possidet unus,
Sunt arrepticii uexati daemone multo,
Is maniaticus est, qui se perimit sine causa.
Est cute uir lenis plana, factoque suäuis,
Blandus in affatu, mitis parili comitatu,
Ast epulum gustu magis esse' suäue probatur.
Est homo mōrosus, si sit bene morigeratus,
At si sit tardus, tunc dicitur esse mŏrosus:
Mos me mōrosum, mŏra me facit esse mŏrosum.
Est tintinnabulum uas fusile, futile cribrum,

---

185. $U^{3.4}$ nequit ille uel iste secare M nequid ille secare uel ille (illa al. m.) gl. *secundo id corpus dicitur indiuiduum, quod non potest propter eius duritiam diuidi, ut adamas, qui non diuiditur nisi mediante sanguine hirci calido.* — 186. P $U^{4.5.6}$ Ast . . . $\mu^{1}$ Est . . . $U^{1.3}$ G M $p^{1.2.3}$ Ac . . . $U^{2}$ $G^{2}$ At . . . $U^{7}$ Et . . . (retinui uersuum ordinem eum quem habet P. codd. habent uers. 187. 186). — 189. P fuerit. — 190. P Ast . . . $U^{5.7}$ $p^{3}$ Ac . . . R At . . . $U^{3}$ cuius cerebrum. — 191. $U^{2.4.6}$ $p^{3}$ allidit $G^{2}$ $\mu^{1}$ alludit P $U^{1.3.5.7}$ $G^{1}$ M $p^{1.2}$ illidit. — 192. $U^{2}$ emerguminus $U^{7}$ erguminus P R energuminus (gl. *dicitur ab en quod est in et erge quod est labor et mene quod est defectus . q . intraneus et laboriosus mentis defectus.*). — 193. $U^{7}$ malo. — 194. P $U^{6.7}$ Is maniticus est $U^{1}$ Is ismaniacus est $U^{2}$ Yſmanaticuſ est $U^{4}$ Is manticus est $G^{2}$ Ẏmaratic⁹ est $U^{5}$ $G^{1}$ $\mu^{1}$ $p^{3}$ Is manaticus est $U^{3}$ hiſ manetic⁹ (in margine: maniatic⁹) est M $p^{1.2}$ Is maniaticus est. — 195. $U^{1.7}$ $G^{1}$ M $p^{1}$ leuis $U^{3}$ letus P R lenis. — 196. $p^{3}$ in affectu. — 197. $G^{1.2}$ Est . . . $p^{1}$ At . . . $p^{3}$ Ac . . . — 198. P $U^{7}$ $p^{3}$ moriginatus $U^{1.2}$ $G^{2}$ morieratus. — 199. $G^{2}$ At si sit . . . P R Et si sit . . . $U^{6.7}$ homo dicitur . . . — 200. $U^{1.4.6}$ $\mu^{1}$ Mos me . . . P R Me mos . . . — 201. $U^{1}$ et futile crebrum (sequuntur in cod. $U^{1}$ duo uersus hi: *Futile uas illud quod nulla receptio claudit* || *Ast homo futilis est diuulgans* [in codice legitur: *Est hō futilis dimulgans*] *omne quod audit.* in cod. $G^{1}$ sequitur alter uers. *Ast homo futilis est* . . .)

De terra facta uas fictile dicitur olla.
Me comitem uia, me socium labor indicat esse,
Me scola consortem facit et conuiua sodalem,
Missio collegam facit aut collectio quemquam.
Qui de suspectus, sed de quo suspiciosus,
Inuidus est qui de, sed de quo est inuidiosus:
*Inuidiosus ego, non inuidus esse laboro.*
Pro plano lēuis, sed pro leuitate lĕuis dic,
    Alleuiat simul et leuigat ista probant.
Nos operum lassos reddit labor et uia fessos,
Nosque fatigatos labor, aequor, terraque reddit.
Simplex legitimus, simplex idiota uocatur,
    Simplicitas bona sit et mala simplicitas.
Sit uanum corpus, aër dicatur inanis,
Sitque locus uacuus, sic dicere suspicor usum.
Ob mala praeterita malus ille nefarius est, at
Quod mala sint eius praesentia facta nefandus.

---

202. $U^{8.7}$ fēm uas fictile . . . (sequuntur in cod. $U^5$ iidem uersus qui in cod. $U^1$ inuenluntur post uers. 201). — 203. $U^6$ indicat idem. — 204. $U^1$ reddit, conuiua sodalem. — 205. $U^{5.7}$ et collectio $p^2$ om. h. u. — 207. $U^1 G^2$ M sed de quo inuidiosus. — 208. ($U^{1.2.4.7} G^1$ M $p^2$ habent uers. 208. 207). — 209. P $U^{2.6} G^{1.2}$ M $\mu^1 p^3$ Pro plano leuis pro leuitate leuis $U^{4.5} p^1$ Pro plano leuis, pro leuitate leuis dic $U^8 p^2$ Pro plano leuis et pro leuitate leuis dic $U^{1.7}$ Pro plano leuus ($U^7$ leuis) sed pro leuitate leuis dic. — 210. P $U^{1.2.6.7} G^2 \mu^1$ Alleuiatque simul . . . $U^{3.4.5} G^1$ M $p^{1.2.3}$ Alleuiat simul et . . . $U^6$ ista notat. — 212. $U^1$ et uia reddit. idem habet $U^2$ expuncto *terraque* P R terraque reddit. — 214. P Est bona simplicitas, sit mala simplicitas $U^6$ Est bona simplicitas, est mala simplicitas $p^3$ Est bona simplicitas et mala simplicitas $U^5$ Simplicitas bona et mala simplicitas $p^1$ Simplicitas bona est et mala simplicitas $U^{1.2.3.4.7} G^{1.2}$ M $\mu^1 p^2$ Simplicitas bona sit et mala simplicitas. — 215. $p^3$ Sit corpus uanum $U^1 G^2 \mu^1 p^{1.2}$ aer dicatur inane $U^7$ et aer dicatur inane M aer iudicatur inane. — 216. P Estque . . . codd. Sitque . . . $U^5$ usus. — 217. P malus est nepharius atque $U^5$ malus est nepharius inde $p^1$ malus est nepharius ille $p^2$ malus est nefarius, at sit $U^1$ malus ille nepharius, ac est $U^2$ malus ille nepharius astque $U^6$ malus ille nefarius atque $U^3$ malus ille nefarius est, at $G^1$ malus iste nepharius est, at $U^7$ malus ille nepharius est, ast $U^4$ malus esto nefarius ille M malus nefarius alter $G^2 \mu^1 p^3$ malus ille nepharius alter. — 218. P Quot mala sint eius praesentia facta nephandus

Infimus ac imus sibi distant, sic quoque distant:
    Infimus ordine sit, imus at ille loco.
A patria profugus discedens dicitur ultro,
Ast expulsus ui ualet exsul homo bene dici,
Exsul abit sine spe reditus patriaeque reique,
Inscriptus manet in patria sed re spoliatus,
Amittit proscriptus opes nec posse reuerti,
Quisque relegatus sua cum remeabit habebit,
Transfuga qui sub perfidia transfugit ad hostes.
Membris formosus, ast ore quis est speciosus,
Ast habilem pulchrum dices lepidumque decorum.
Inflatus tumidus fertur tumidusque superbus,
Sic cutis excessum, mentis quoque significabit.
Est homo cirritus qui cirros uertice gestat,
Cerritus dicetur quem uesania torquet.
Labilis est fluuius, dicatur lubricus anguis,
Et tamen utrumque de labor laberis exit.

---

$G^{1}$ Que mala sint eius praesentia facta nefandus $U^{6}$ $p^{3}$ Quod mala sunt eius praesentia facta nefandus $U^{4}$ Cuius ſt̄ mala facto praesentia sitque nefandus $U^{1.2.3.5.7}$ $G^{2}$ M $\mu^{1}$ $p^{1.2}$ Quod mala sint eius praesentia facta nefandus ($U^{2.5.7}$ $G^{2}$ $\mu^{1}$ nephandus). — 219. P atque imus $U^{1.4}$ $G^{2}$ $p^{3}$ aut ymus $U^{2.5.7}$ M $p^{1.2}$ aut imus $U^{3.6}$ $G^{1}$ $\mu^{1}$ ac imus. — 220. $U^{1}$ sis $U^{5}$ imus aut . . . — 222. P Ac . . . $U^{6}$ M $p^{2}$ At . . . $U^{2}$ Aut . . . $U^{7}$ Est . . . $U^{1.3.4.5}$ $G^{1.2}$ $\mu^{1}$ $p^{1.3}$ Ast . . . $U^{1}$ debet exul . . . $p^{1}$ solet . . . P R ualet . . . — 223. P Exulabit M Exul abiit $U^{2.5.7}$ $p^{2}$ reditus patriaeque reique P R patriae reditusque reique. — 224. $U^{3.5.7}$ $G^{1}$ $\mu^{1}$ spoliatur. — 225. $U^{2}$ $G^{1.2}$ M $\mu^{1}$ non posse reuerti P R nec . . . — 226. $U^{7}$ religatus $G^{1}$ remanebit. — 227. P $U^{6}$ transcurrit. . . . R transfugit $U^{5}$ in hostes. — 228. P ac ore quis est speciosus $U^{5}$ $G^{2}$ at ore quis est speciosus $U^{1}$ ast ore qui speciosus $U^{2}$ ast ore qui est speciosus $U^{3.7}$ $G^{1}$ M $\mu^{1}$ $p^{1.2}$ ast ore quis ($G^{1}$ quiſq;) est speciosus $U^{4.6}$ — formosus est ast ore quis est speciosus $p^{3}$ — formosus est ac ore quis speciosus. — 229. P $U^{1.2.4.5}$ $G^{1}$ M $\mu^{1}$ $p^{3}$ Ast abilem $U^{3.6.7}$ $p^{1.2}$ Ast habilem $G^{2}$ At abilem $U^{3.4.5.7}$ dicas P R dices. — 230. P Inflatus tumidus dices tumidus superbus $U^{6}$ Inflatus tumidus dices tumidusque superbus. — 231. $U^{2}$ mentisque. — 232. $G^{1}$ $p^{2}$ qui cirros uertice gestat $U^{2}$ quia (expuncto qm̄) cirrum uertice portat $p^{3}$ cirros qui uertice portat M $\mu^{1}$ $p^{1}$ qui cirros in uertice portat P R qui cirros uertice portat. — 233. $U^{6}$ *Dicitur hinc ciritus* . . . $U^{5}$ $G^{2}$ quem uesania uexat. — 234. $U^{5}$ dicetur $p^{2}$ labricus. — 235. $U^{2}$ Sic et utrumque tamen de labo laberis

Noxius est proprie nequam, potioque nociua.
Dic apte flauum crinem, fuluumque metallum.
Spissum de toto solido dicetur, ad illud
Densum dicatur, ubi lucus opacus habetur.
Fertur castratus homo testiculis uiduatus,
Castrato similis est gallinaceus omnis.
Ebrius absque bria, comes est cui sobrius ille.
Inscius ignorans, quo culpa est conscius esto,
Praescius est quisquis poterit praescire futura.
Dicta modesta, sed acta uocari dic moderata,
At primi caput esto modus, moderorque secundi.
Signat iniquus quidquid et impius hoc quod et asper,
Unde ait Ouidius *'non per iuga montis iniqui'*.
Suffusus proprie uir dicitur esse liquore,
Ast infusus sit oleo, unguentoque perunctus.
Res sunt absconsae quas celas calliditate,
Quae natura tegit nobis abscondita dicas.
Letatus quasi mortuus a leto quasi morbo,
A laetor de laetitia laetatus habetur.
Dicitur intentus plenusque labore operosus,

---

extat $p^2$ om. h. u. — 237. P crimen. — 238. P ac illud. — 239. P $U^{2.4.6}$ $p^3$ locus. — 241. P $U^{4.6}$ $G^{1.2}$ $\mu^1$ $p^{1.2}$ gallinacius R gallinaceus. — 242. P atque bria $U^2$ comes est cui sobrius extat $U^{3.7}$ comes est tibi sobrius ipse M $\mu^1$ comes est sibi sobrius ipse $U^5$ comes est sibi sobrius ille $U^4$ $p^2$ comes cui sobrius ipse P $U^{1.6}$ $G^{1.2}$ $p^3$ comes est cui sobrius ipse (gl. *ebrius est ille qui nimis potauit, et dicitur ab e quod est extra et brios* [immo: *bria.* cf. XII. 345.] *mensura, quasi extra mensuram . sobrius dicitur homo moderatus in se, et dicitur a so quod est cum et bri*[*os*]*a mensura, quasi cum mensura.*). — 243. P quod culpa est conscius ipse $U^3$ quo culpa est conscius ip̄a $U^6$ $p^2$ quo culpa est conscius ipse $U^1$ quo culpa conscius esto $U^5$ quo culpa ⁹ci⁹ esto $U^2$ quo [gl. ī q̊] culpa est conscius esto $U^7$ in quo culpa est conscius esto $U^4$ $G^{1.2}$ M $\mu^1$ $p^{1.3}$ quo culpa est conscius esto. — 244. ($U^6$ habet uers. 243..244. 242). — 245. $G^1$ $p^1$ sed apta. — 246. $U^{5.7}$ $G^1$ Ac primi $p^3$ A primi $U^{2.5}$ $G^2$ modus esto capud(t). — 247. P quicquid impius $U^6$ $p^2$ quidquid impius $G^1$ idem hoc quod impius. — 249. $U^5$ homo. — 250. P $p^3$ Et infusus $G^1$ Ac . . . M $\mu^1$ At . . . — 251. M celas quas. — 252. $U^2$ Quod — dices. — 253. $U^6$ et a leto. — 254. P Ac letor $U^5$ A leto pro letitia. — 255. $G^2$ plenus laboreque.

Des operam primo caput, ast opus esto secundo.
Est detestatus quiuis anathemate strictus,
Praeuentus morte intestatus dicitur esse.
Est breuis argutus, est callidus atque sonorus.
Plenum flexibilem tardum lentus tibi monstrat,
At lentos dices facientes otia saepe,
Sicque luto plenus tibi dicatur lutulentus:
*Curribus Automedon lentisque erat aptus habenis.*
*Hanc tua Penelope lento tibi mittit, Ulixe.*
*Tu modo Pompeia lentus spatiare sub umbra.*
Dentur in exempla lectoribus haec tria nota.

---

## *Cap. XIV.*

# De pronominibus.

*Donati* nostri uestigia prima secutus
Nomine tractato nunc de pronomine dicam,
Non quia sim *Prisci* dictis contrarius *ani*,
Sed quod in hoc opere uolo doctrinare minores.

---

256. P $U^{4.5}$ $G^1$ $p^3$ ast opus esto secundo $U^2$ ast opus esto secundi $U^6$ et at opus esto secundo $U^1$ at opus esto caput imo $G^2$ at opus est caput ẏmo M at opus est capud imo $U^3$ at capud est opus imo $U^7$ ast opus est caput ẏmo $p^1$ ast opus est caput illi $\mu^1$ est caput est opus uno $p^2$ om. h. u. (gl. *operosus uno modo est idem quod intentus, et tunc dicitur de opera quod est intentio. alio modo operosus est plenus opere, et tunc dicitur de opus, quasi opere plenus.*). — 259. (sequitur in codd. $U^4$ $G^1$ uers. *Argutum breue sit cautum subtile sonorum.*). — 260. $U^{4.7}$ flexibile $U^6$ lēctū tibi monstrat $p^1$ lentum tibi dicat $G^2$ lentus tibi signat. — 261. M $p^1$ Ast . . . $U^{3.6}$ dicas $p^1$ dicis P R dices. — 262. $U^6$ $G^1$ $p^1$ Sitque $U^5$ homo (pro *tibi*) $G^1$ M lutolentus. — 263. P $U^7$ M $p^3$ lentusque. — 264. $U^{1.5}$ mitto ulixes ($U^5$ ulixe) $U^{2.3.4.6}$ $G^2$ mittit ulixes $U^6$ mictit ulyces. — 265. $U^3$ Tu mihi . . . 266. P Dentur in exemplis lectoribus haec tria dicta $\mu^1$ Dantur in exempla lectoribus haec tria menbra $U^{2.3.4.5.6}$ Dentur in exempla lectoribus haec tria nota. abest hic uers. a codd. reliquis.

1. $U^6$ primo. — 3. $U^{1.2}$ M sum P R sim.

Causa duplex igitur pronominibus reperitur,
Cur sint inuenta, quarum tibi prima necesse est,
Altera commoditas: nam primae siue secundae
Quae sunt personae pluralia singula siue
Illa necessario nobis inuenta fuere,
Sicut sunt *ego tu* cum casibus, illaque uere
Quae sunt alterius personae commoditate
Esse inuenta reor, sicut sunt *iste* uel *ille.*
Namque notant de re pronomina semper eadem
Sermonem fieri, quod non de nomine dico.
Eiusdemque rei sit certa relatio causa,
Demonstratio uel discretio sunt quoque causae.
Nomina enim quamuis quid demonstrent referantue,
Confuse tamen hoc faciunt, pronomina certe.
Et quandoque tamen demonstrant nomina certe.
At nomen uere tibi significabit usiam,
Et tibi significat pronomen hypostasim ipsam
Dans intelligere, quod sit substantia mere.
Quaeritur et, quare proprio pro nomine poni

---

5. $G^1$ ergo. — 6. $U^1 G^1$ necesse (om. *est*) gl. cod. $U^2$: *causa necessitatis.* — 7. P natura (pro *nam*). — 8. $G^2$ persona. — 9. $U^1$ necessaria P R necessario P $U^2 G^{1\cdot 2}$ fuerunt. — 12. P $U^{5\cdot 6}$ reperta R inuenta $U^3$ ille uel iste. — 14. $U^5$ dicas $G^1$ dicam P R dico. — 15. $p^2$ sint (gl. cod. $U^2$: *īuentioīs pronominū*). — 16. $U^5$ siue discretio $p^1$ seu . . . $G^1$ sint quoque causae $U^2$ sint tibi causae $U^5$ sunt tibi causae. — 17. P $U^3 G^1$ Nomina nam quamuis $U^{1\cdot 5\cdot 6} \mu^1$ Nomina quamuis enim $U^{2\cdot 4} G^2 p^{1\cdot 2\cdot 3}$ Nomina enim quamuis $U^7$ Nomina . n . quamuis P $U^{1\cdot 4} G^1$ M $\mu^1$ quid demonstrant referantque $U^2$ quid demonstrent referantque ue (al. m.) $U^{3\cdot 6}$ quid demonstrent referantue $U^7 G^2 p^2$ quid demonstrant referantue $p^3$ quid demonstrant refe4tue $U^5$ demonstrantque referuntque $p^1$ demonstrant quid referantue. — 19. $p^3$ Sed quandoque tamen $U^7$ declarant $U^1 G^1 p^1$ *om.* h. u. — 20. $G^2$ $\mu^1$ Et nomen uere tibi . . . $U^2$ Ad nomen proprie tibi . . . — 21. $U^{3\cdot 7}$ $G^2$ At tibi $p^2$ Sed . . . $U^3 p^3$ designat. — 22. $U^5 p^3$ quae sit $U^6$ quo sit $U^{1\cdot 2} G^2$ quod sit P R quid sit $U^{2\cdot 3\cdot 5}$ substantia pura P R substantia mera (gl. *pronomen est pars orationis significans hypostasim, id est substantiam singularem mere, id est absolute, seu significans substantiam sub qualitate distinguibili, quae nihil aliud est quam modus intrinsecus qui haecceitas communis dicitur.*). — 23. $U^2$ Quaeritur hic . . .

Dicatur, cum pro reliquis saepe inueniatur.
Nobis est super hoc inuenta solutio duplex:
Ponitur in prima dicatur, id est reperitur,
Dicimus in reliqua, quamuis referatur ad illud,
Non tamen idcirco pro nomine ponitur illo,
Nam certum facit hoc, quod per se non facit illud:
Sic plane et breuiter est quaestio nostra soluta.
Curque *sui* careat recto, fit quaestio saepe,
Soluitur et uarie, poteris sic soluere primo:
*He* conuertis in *es*, si sit conuersio recta,
At si conuertas *hi*, sic statim facies *si*,
At si conuertas, prorsus statim facies *is*,
Sed neutrum facere uult concidentia uere.

---

26. reperitur (gl. cod. $U^{2}$ *i. appellatio*). — 27. $U^{2\cdot3\cdot4\cdot5\cdot6}$ $p^{1}$ Dicitur P R Dicimus (ad illud gl. cod. $U^{2}$ *ad appellatiuum*). — 29. (illud gl. cod $U^{2}$ *appellatiuum*). — 30. P *sit* quaestio nostra soluta codd. *est* . . . (gl. *Actor soluit dupliciter et dicit primo sic quod pronomen reperitur poni pro nomine proprio, sed non excluditur quin possit poni pro appellatiuo. Alia solutio est talis quod quamuis pronomen referat nomen appellatiuum tamen non ponitur pro illo appellatiuo, quia non refert illud prout est appellatiuum sed prout ponitur pro nomine proprio, quia semper in appellatiuo intelligitur suppositum : ut cum dicitur magister legit et ille disputat, hoc pronomen ille non refert hoc dico magister nisi prout ponitur ⟨pro⟩ quodam indiuiduo, ut Socrate uel Platone. unde oportet dicere quod tale appellatiuum non ponitur ibi sub appellatiui uirtute sed sub uirtute proprii. — — Dicimus igitur in reliqua, id est in secunda solutione quamuis referatur pronomen ad appellatiuum nomen, sicut homo currit et ille mouetur, non tamen ponitur pro illo appellatiuo sed pro illo intellecto per appellatiuum, scilicet pro indiuiduo sub nomine appellatiuo intellecto, nam certum facit hoc, scilicet pronomen, quod per se non facit illud, scilicet appellatiuum.*). — 31. $G^{2}$ Curue $U^{6}$ fiet. — 32. $G^{2}$ poteris sic dicere . . . — 33. P Eh conuertis in es $U^{6}$ $G^{2}$ E conuertis in s $U^{1\cdot2\cdot3\cdot4\cdot5\cdot7}$ $G^{1}$ $\mu^{1}$ $p^{1}$ He conuertis in es M He greca conuertis in es $p^{2\cdot3}$ He conuertas in es $U^{7}$ sit si conuersio tota $G^{1}$ sic sit conuersio recta $G^{2}$ si sit conuersio dicta $p^{2}$ nō fit conuersio recta P $U^{1\cdot2\cdot3\cdot4\cdot5\cdot6}$ M $\mu^{1}$ $p^{1\cdot3}$ si sit conuersio recta. — 34. $U^{3}$ hi tunc statim P $U^{4\cdot5\cdot7}$ $p^{2}$ hy sic statim M $\mu^{1}$ $p^{1}$ hy statim sic $G^{1}$ hy statim $U^{6}$ sic statim $U^{1\cdot2}$ $G^{2}$ $p^{3}$ hi sic statim. — 35. P $G^{1\cdot2}$ $p^{3}$ Ac si conuertas . . . $U^{5}$ Ac si conuertas si . . . $U^{1\cdot2\cdot3\cdot6}$ $p^{1\cdot2}$ At si conuertas . . . $\mu^{1}$ At si conuertis . . . $U^{7}$ Hy si conuertas P $U^{1\cdot3\cdot5\cdot6\cdot7}$ $G^{1\cdot2}$ $\mu^{1}$ $p^{2\cdot3}$ prorsus ($U^{6}$ prohors⁹) statim facies is $U^{2}$ prorsus statim facias is $p^{1}$ statim prorsus facies is $U^{4}$ M om. h. u. — 36. P coincidentia codd. concidentia.

Nec nouit casum sua reciprocatio rectum,
Uel quod apud Graecos *emaytoy* non habet illum.
Haec pronomina sunt quae primitiua uocantur
Haec *ego tu*que *sui* et *ille iste* uel *ipse* uel *hic is.*
Haec et simplicia sunt dicta modisque duobus:
Primo dicuntur haec simplicis esse figurae,
Hoc quoque respectu Graecorum dicitur esse,
Uel sunt simplicia, quia significatio simplex.
Haec quoque simplicitas ad possessiua refertur,
Nam persona duplex possessiuis reperitur.
Cetera sed septem deriuatiua uocantur:
*Me. tu. suus noster uester nostras* quoque *uestras,*
Quae deriuantur a primorum genitiuis,
Ac per simplicia fit mentio compositorum.
Quaeritur et, quare pronomina singula tantum
Ponimus in prima persona siue secunda,
Tertia cum per se teneat pronomina plura.
Ac sic soluitur hoc: quia prima secundaque solum

---

37. $G^2$ M $p^1$ Non nouit $U^5$ rectum — casum. — 38. P omothoi $U^{2.3.7}$ omothoy $\mu^1$ omotoy $U^5$ homotoi $p^3$ homotoy $U^1$ omo itin $G^1$ omatoy M $\mu^1$ omaytoy $p^2$ omaytoi $G^2$ amaytoi $U^{4.6}$ emaytoy $U^3$ non habet ipsum $G^2$ non habet ullum $p^2$ non habet illud. — 40. $U^{2.5.7}$ Hic ego tuque sui P $U^{1.3.4.6}$ $G^{1.2}$ M $\mu^1$ $p^{1.2.3}$ Hec ego tuque sui P et ille iste uel ipse uel hic is $G^1$ $p^{1.2}$ et ille iste ipse uel hic is $U^1$ ac ille iste uel ipse uel hic is $U^2$ ac ille ipse iste uel hic is $U^3$ et ille ipse uel iste uel hic is $U^4$ M $p^3$ et ille ipse iste uel hic is $U^{5.6}$ ille uel ipse uel iste uel hic is $U^7$ ille ipse et hic is $G^2$ $\mu^1$ ille ipse uel iste uel hic is. — 41. $U^1$ Haec quoque . . . $U^4$ Haecque . . . $U^6$ Hec et ſīplicia quia ſignificatio duplex. — 43. $U^{1.3.5}$ $\mu^1$ respectu Graecorum P R Graecorum respectu. — 44. P $U^7$ M $p^1$ sint R sunt. — 46. persona duplex (gl. cod. $p^1$: *possessoris et possessionis*). — 47. $U^{1.7}$ $G^3$ Cetera sunt septem quae deriuata ($U^7$ deriuatā $G^2$ d'iuatīa) uocantur $U^5$ Cetera sunt septem deriuatiua uocantur $G^1$ Cetera sunt septem deriuatiua uocentur $U^3$ Cetera sunt septem quae possessiua uocantur P $U^{2.4.6}$ M $\mu^1$ $p^{1.2.3}$ Cetera sed septem . . . — 48. $U^{4.6.7}$ $G^{1.2}$ $\mu^1$ $p^3$ Me. tu. su. — 49. $U^2$ Que di'uantur de primorum genitiuis $U^7$ $p^2$ Quae diriuantur primitiuis genitiuis. — 51. M Quaeritur aut . . . — 53. $U^3$ teneat per se. — 54 P $U^2$ Ac si soluitur hec $U^5$ $p^{2.3}$ Ac sic soluitur hec $G^1$ M $p^1$ At sic soluitur hec $U^3$ Ac si soluatur $\mu^1$ Ac si soluatur hec $G^2$ Hic si soluatur

Obseruare modum dicuntur significandi,
Nam discretiue et praesenter significare
Dicas, quocirca uox uni sufficit una,
Nec si sit praesens semper, tamen est quasi praesens.
Tertia multimode personam significare
Dicitur et uarie praesens absens prope longe,
Ac ideo plures uoces nanciscitur una,
In sola quoniam fieret confusio uoce.
*Iste* uel *hic* tantum demonstrant, *is*que *sui*que
Haec tantum referunt, demonstrant haec referuntque
Scilicet *ille ipse:* Cato currit et ille mouetur,
Ille uel ipse legit, uir currit et ipse mouetur.
*Huius* et *istius* est demonstratio distans,
Intellectiua *huius* et *istius* est oculata:
'*Iste uir*, *hic animus*' sic debet dicere quiuis.
Contra personam primam contraque secundam
*Is* non discernit, uox ista *sui* facit illud.
Cuiuis personae per se bene iungitur *ipse*,

---

$U^{1.4.7}$ Ac sic soluitur hoc $U^{6}$ At sic soluitur hoc. — 56. $U^{2.4.5.6.7}$ $G^{2}$ M $\mu^{1}$ $p^{1.2}$ discretiue praesenter. — 57. $U^{1}$ quod circa $U^{6}$ idcirco. — 58. P Nec si sit praesens tibi semper erit quasi praesens $U^{5}$ Nec si sit praesens, tamen est semper quasi praesens M Nec si sit semper praesens, tamen est quasi praesens $p^{2}$ Non si sit semper praesens, tamen est quasi praesens $U^{1.2.3.4.6.7}$ $G^{1.2}$ $\mu^{1}$ $p^{1.3}$ Nec si sit praesens semper, tamen est quasi praesens. — 59. $U^{5}$ multimodis personas $U^{7}$ $\mu^{1}$ persona (gl. *Hic soluit secundam quaestionem dicens quod uaria sunt pronomina in tertia persona, quia hn̄t uarium modum significandi, quia quandoque s̄ct rem praesentem quandoque absentem, quandoque prope positam, quandoque longe positam.*). — 61. $U^{6}$ $\mu^{1}$ $p^{3}$ uoces plures. — 62. $U^{7}$ om. h. u. — 64. P referunt tantum $U^{5}$ demonstrant et referuntque $p^{2}$ demonstrent haec referuntque $p^{3}$ demonstrant haec referuntue. — 65. $U^{2}$ ipse ille $U^{6}$ et ipse mouetur $p^{2}$ et iste . . . — 66. $U^{1.3}$ Ille ē ipse lego $U^{4}$ Illeque ipse lego $p^{1}$ Ille et ipse lego $U^{5}$ Ille uel ipse lego $U^{2}$ Ille et ipse ego $U^{6}$ Ille c̄ ipse legit $\mu^{1}$ Ille ē ipse legit $p^{2}$ Ille et ipse legit $G^{1}$ Ipseque lego P $G^{2}$ M Ille uel ipse legit $U^{7}$ $p^{3}$ om. h. u. (sequitur in P $G^{1}$ $\mu^{1}$ distichon hoc: *Is suus ipse refert idem sed cetera monstrant* || *Ille refert monstrat non facit hoc aliud.* idem distichon inuenitur in cod. $U^{8}$, sed praescriptum legitur 'uacat'. abest a codd. reliquis.). — 67. $U^{1}$ Huius et illius. — 68. $G^{1}$ — huius sunt, istius est . . . — 71. $G^{1}$ facit istud. — 72. P $U^{6}$ Cui⁹ personae $\mu^{1}$ $p^{3}$ bene per se.

Quod minime *ille* facit nisi cum reliquo mediante.
Rem referas, de qua loquitur quis uel meditatur,
Rem de qua loqueris '*uir currit et ille mouetur*',
Aut meditans de quo dicas sic '*ipse mouetur*',
'*Sortes qui currit*' re et uoce relatio sic fit.
At si quis dicat '*semen qui Christus habetur*',
Re tantum ad semen, ad Christum uoce refertur.
Illud idem monstrant pronomina significantque,
At quod demonstrat non significat tibi nomen,
Nil quoque demonstrant aduerbia, sed modo citant.
Prima notitia fit, si demonstratio fiat,
Fitque secunda notitia, quando relatio fiet,
Cumque relatio fit, fit saepe notitia rerum
Tertia, ceu si quis dicat '*qui proelia fecit*'
Is de quo prima praecessit mentio facta.
*Ipse*que quandoque pro *non alius* reperitur:
Si sic exponas, discretio dicitur esse.

---

73. $U^{2.5}$ facit ille. — 75. P $U^{5.7}$ $G^2$ M et ille mouetur $G^1$ et iste . . . R et ipse . . . — 76. P Aut meditans de qua tu dicas . . . $U^6$ Aut meditans de quo si dicas $p^3$ Aut meditans de quo sic dicas $U^2$ Aut meditans de quo dicis sic $U^{1.3.4.5}$ $G^1$ M $\mu^1$ $p^{1.2}$ Aut meditans de quo dicas sic $G^2$ Ac . . . $U^6$ $G^1$ et ipse mouetur $G^2$ iste mouetur P R ipse mouetur $U^7$ om. h. u. — 77. $U^{1.6}$ $p^1$ re uoce $U^7$ res uoce P R re et uoce $U^1$ relatio fit hic $G^1$ relatio fiet $p^1$ relatio fiat. — 78. $p^3$ Aut si . . . $U^1$ semen dicat. — 79. P $U^{2.3.7}$ $G^1$ M $p^{1.3}$ Re tamen . . . $U^5$ Ac tamen . . . $U^1$ Re tam̄ . . . $U^{4.6}$ $G^2$ $p^2$ Re tm̄ . . . $\mu^1$ Re tantū . . . (gl. *relatio fit dupliciter, aut secundum rem et uocem simul, ut sortes currit qui disputat, aut fit secundum rem tantum, ut si dicam semen tuum qui est xp̄s. qui refertur ad semen non ratione uocis sed ratione rei intellectae, quia in semine intelligitur xp̄s, quia semen et xp̄s idem sunt secundum rem.*). — 80. $U^{1.2}$ Id quod demonstrant pronomina $U^5$ Id quoque demonstrant pronomina $G^1$ Istud idem monstrant pronomina $U^3$ significant quod P R significantque (gl. *pronomina unum et idem demonstrant et illud idem significant.*). — 81. $U^{1.2.3}$ $G^{1.2}$ At quod demonstrat P R Id quod . . . — 82. $U^4$ scitant (gl. *aduerbia nihil demonstrant sed excitant tantum, ut ecce uir.*). — 83. $U^{1.2.4.5}$ $G^{1.2}$ si — fiet P R si — fiat. — 84. $U^1$ $G^1$ om. h. u. — 85. $U^{6.7}$ $G^2$ M $p^{1.2.3}$ om. alterum *fit*. — 86. $U^{1.3.5}$ $G^{1.2}$ $\mu^1$ $p^{1.3}$ seu si quis dicat $U^{4.7}$ M seu dicat si quis $p^2$ ceu ducat si qnis $U^7$ qui praelia fecit P R quis . . . (repugnat haec lectio gl. M.). — 87. $U^{2.3.5}$ $G^2$ $\mu^1$ $p^1$ proceſſit $U^6$ cōceſſit.

*Ipse*que multotiens fore pro *melius* reperitur:
Si sic exponas, tibi significantia fiet.
Ast ubicunque tibi fit significantia, semper
Si bene quis studeat discretio fiet ibidem.
At non conuertas, quia non conuertitur illud.
*Hic* est articulus et pro *quidam* reperitur,
Ut si quis dicat '*hominum stant hi, resident hi*'.
*Hic* quoque multotiens pro *talis* ponitur, ut si
Tu dicas '*haec herba meo reuirescit in horto*'.
*Hic* quoque demonstrat, quod saepe potest reperiri.
Deriuatiuis est significatio duplex,
Nam possessoris intrin. persona notatur,
Ast extrinsecus hinc possessio significatur.
Hoc utrumque *suus* numerum designat utrimque,
Ut '*suus illius*, *suus illorum*' bene dicis.
Sunt tria primae, sed solummodo quinque secundae,
Tertia quinque tenet inflexio, sed duo quarta.
Quaeritur a multis, quare pronomina gentis
Tantum formentur pluralibus a genitiuis.

---

90. P $p^1$ Ipseque multociens reperitur fore pro melius $U^5$ Ipseque pro melius quandoque reperitur $G^1$ Ipseque multociens dic fore pro melius. — 91. $U^{5.6}G^1\mu^1p^3$ tunc significantia fiet $G^2$ tuncque . . . — 92. $U^7p^3$ Ac . . . — 93. $p^3$ discretio dicitur esse. — 94. $U^{1.2}G^1$ quia non conuertitur istud $p^3$ quoniam non conuertitur istud $U^{4.6}$ quia non conuerteris illud $\mu^1$ qm non conuertitur illud $PU^{3.5.7}G^2Mp^{1.2}$ quia non conuertitur illud. — 98. $U^4$ hec herba meo uirescit in orto $U^6$ erba hec modo reuiuiscet in orto (P et codd. '*orto*' sine aspiratione). — 101. $U^3p^1$ intra (gl. *intrinsec⁹ i. determinate*) $G^2$ intus $U^6G^1M$ uocatur. — 102. $U^{3.6}p^3$ Ac . . . $G^2\mu^1p^2$ At . . . $PU^{1.2.4.5.7}G^1M\mu^1p^1$ Ast . . . $U^{2.3}$ huic $U^5$ hiis $PU^{1.4.6.7}G^{1.2}M\mu^1p^{1.2.3}$ hinc. — 103. $U^{1.5.7}G^1M\mu^1$ designat utrumque P $p^1$ designat utrinque (gl. *dicit actor quod pronomen suus in singulari numero significat utrumque numerum, scilicet singularem et pluralem, et in plurali similiter.*). — 104. $PU^5G^1M\mu^1p^1$ bene dices R bene dicis. — 105. $U^2$ Suntque tria primae solummodo quinque secundae $G^2$ sunt tantummodo $p^3$ sed tantummodo P R sed solummodo. — 106. P $U^1$ inflectio (gl. — — *dicit quod tria sunt pronomina primae declinationis, scilicet ego tu sui. quinque sunt secundae, scilicet ille ipse iste hic et is. tertia declinatio tenet alia quinque prònomina, scilicet meus tuus suus noster et uester. quarta duo tantum nostras et uestras.*). — 108. $PU^{6.7}Mp^{1.2.3}$ formautur $U^6$ ex genitiuis.

Huius causa rei sit *significatio*, namque
Gentem significant, quae multos colligit in se.
Sed quid obest gentile sui pronomen habere,
Cum sit utrobique numeri dominans utriusque?
Hoc respondemus, quoniam *dubitatio* causa est,
Nam dicendo '*suas*' nescis, cuius numeri sit.
Dicere uel poteris, quod pluralis genitiuus
Sumitur a primo, quocirca non habet illud,
Uel respectiuum quoniam sit siue relatum,
Genti proprietas non ualet haec tribui.
Cuncta uocatiuo careant pronomina casu
Quattuor exceptis *noster nostras*que *meus tu*.
Cur possessiua quintum teneant sibi casum,
Quaedam quaestio fit, siue hoc possessio siue
Possessor faciat: facit hoc possessio, sed non
Possessor, quoniam possessio tertia semper,
Possessor uero primae et quandoque secundae,
Alterius quoque personae reperitur, et inde
Ad rem possessam sermonem dirigo, sed non
Ad possessorem: sic soluat quilibet istud.
Curque relatiua quintum pronomina casum
Non habeant, nostras haec quaestio uentilat aures.
Huius causa rei sit *demonstratio* quinti,
Per quintumque rei fit prima notitia semper,
Perque relatiuum semper dic esse secundam,
Non primamque rei: patet ergo qnod ista repugnant.

---

109. M $p^1$ Cuius . . . $p^3$ est significatio. — 110. P $U^{1.3.6.7}$ M $\mu^1$ $p^{1.2}$ colligit $U^{2.4.5}$ $G^{1.2}$ $p^3$ continet. — 111. $U^4$ $G^1$ suus. — 113. $U^{5.7}$ Hic . . . $U^{1.7}$ $p^{1.3}$ causa (om. *est*). — 114. P $U^2$ $p^2$ nescit $U^1$ $p^3$ nescio $U^6$ neſſcim$^9$ (sic) P cuius numerus sit. — 118. $U^{2.3.4.5}$ Gentis $U^2$ non ualet attribui $U^6$ non haec tribui ualet unquam ($U^{1.7.}$ $p^2$ om. uers. 115. 116. $U^{1.7}$ $G^2$ M $\mu^1$ $p^{1,2.3}$ om. uers. 117. 118.). — 119. $G^2$ $p^3$ carent. — 120. $U^1$ noster nostras meus et tu $U^3$ nostras uestras meus et tu $U^5$ nostras uester meus et tu $G^1$ uestras nosterque meus tu $p^2$ noster nostras meus tu. — 122. $U^6$ $G^2$ Quaestio fit quaedam $U^7$ siue hic $\mu^1$ siue hec. — 125. $U^{1.5}$ primae quandoque. — 128. $U^{1.7}$ $G^{1.2}$ $\mu^1$ illud P R istud. — 131. P. et codd. Cuius . . . (scripsi Huius . . . ex similitudine loci superioris uers. 109).

Cur *ego* non habeat quintum quaeri solet istud:
Nos respondemus, quod prima loqui nequit ad se,
Uel quia personae primae est, contraque secundam
Est discretiuum: quinto sic ergo carere
Debuit obliquo, sibi cum contraria sint haec.

---

## *Cap. XV.*

# De uerbis primae coniugationis.

Uerbum quadruplici sensu credo uariari,
Sicut in his patet exemplis: '*uerbum caro factum*',
'*Uerba dat omnis amans*'. non sunt sine tempore uerba.
'*Demophoon, uentis et uerba et uela dedisti,*
*Uela queror reditu, uerba carere fide*'.
Tunc uacat intendit cum dico '*uacat rationi*',
Cum dico '*ratione uacat*' ratione carere est,
Tuncque notat uacuum cum dico '*uacat locus iste*',
Atque uacat per se dic significare licere.
Percontor notat id quod perscrutor per o scriptum,
Percnnctorque per u dicitur esse moror.
Prorogo protelo procrastino sunt nota sensus
Eiusdem, tribus his prolongo connumerabis.
Assignare diem praefigere uel dare dicas,

---

135. $U^{3}$ $p^{1}$ illud. — 136. $U^{3.5}$ quia prima . . . $U^{6}$ qm̄ prima . . . — 139. $U^{2}$ Debent obliqui $U^{5}$ sibi nam contraria sunt haec M $p^{1}$ sibi cum contraria sunt haec P $U^{1.2.4.6}$ $G^{1.2}$ $\mu^{1}$ $p^{2.3}$ sibi cum contraria sint haec $U^{7}$ sibi contraria causa haec (uers. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136 absunt a cod. $U^{4}$).

1. $U^{2.3}$ $G^{2}$ M credo sensu $U^{4}$ deriuari. — 2. $U^{3}$ factum est. — 4. $U^{6}$ M $p^{2}$ Demofon P R Demophon P $U^{1.3}$ et uela et uerba $U^{2}$ uela et uerbaque $U^{5}$ et uerbaque uela $U^{7}$ et uerba uela $U^{4.6}$ $G^{1.2}$ M $\mu^{1}$ $p^{1.2.3}$ et uerba et uela. — 7. $U^{1}$ om. *est*. — 8. $U^{2}$ $G^{1.2}$ M $p^{1}$ locus uacat $U^{3}$ ille — 9. P dicas $\mu^{1}$ dat $U^{1}$ placere M $p^{2}$ om. h. u. ($U^{1}$ habet uers. 6. 9. 7. 8). — 10. $U^{5.6}$ hoc quod $G^{1}$ idem quod. — 11. $U^{2.4.6}$ Percuntorque. — 13. $p^{2}$ pronumerabis $U^{6}$ conumerabis P R connumerabis. — 14. $U^{1.2}$ $G^{2}$ $\mu^{1}$ praefin-

Assignare tamen exponere dicimus esse.
Subiugo pessundo designat suppeditoque,
Suppeditoque tamen placet ut plerisque ministro.
Instauras, si quid destructi condis ad instar,
Restauras renouans quod restat more priorum.
Nōto notifico, nŏto scribo, nŏto reprehendo,
A nosco primum, nōta sit caput exteriorum,
Primaque produci debet tibi syllaba primi.
Te uexo proprie dicas, sed nemo Latine
'*Iste laborat eum*' dicat, nec habetur in usu:
Est transitiuum prius, absoluitque secundum.
De multis oro dicas, in lite peroro,
Fratres exoro, Christum sapienter adoro.
Accusatiuo poteris nec non genitiuo,
 Quin ablatiuo iungere participo:
 *Participo rem re, participo*que *rei.*
Peierat affirmans, sed periurat sacra frangens,
Abiurat patriam nunquam rediturus in illam,
Adiurat uel coniurat quaerens dubium quid.
*Cre. do. se. nex. iu. sto. la. mi. ue. to. fri. pli. ne. cu. so.*

---

gere $U^{6.7}$ profigere P R praefigere (gl. *dies assignata id est praefixa uel determinata ad respondendum.*). — 15. $G^1$ pro exponere... $p^2$ disponere $U^1$ dicitur esse. — 16. P $U^7$ $G^{1.2}$ $p^2$ pessūdo R pessundo. — 17. $G^1$ placuit. — 20. P $U^{3.4.7}$ $G^2$ Noto notifico . . . $U^5$ $G^1$ Sit noto notifico . . . $U^{1.2.6}$ M $\mu^1$ $p^{1.2.3}$ Dic noto notifico . . . (in cod. $p^1$ supra 'noto' scriptum legitur '*cā metri*'). — 21. P notat si. — 22. P debebit $U^{1.2.3.4}$ $G^{1.2}$ debet tibi $U^{5.6.7}$ M $\mu^1$ $p^{1.2.3}$ deberet (sequitur in cod. $U^3$ uers. *At postremorum tibi corripienda duorum.* in cod. $U^6$ legitur: *At p⁹tei'o4 tibi sillaba sit breuianda.* in margine cod. $U^7$ inuenitur: *Ast prima posteriorum tibi sit breuianda.*). — 24. $G^2$ laborat te. — 25. $U^{1.2}$ $G^2$ $p^{2.3}$ prius P R primum. — 27. $U^3$ ueneranter (ł sapienter) P R sapienter. — 28. $p^1$ necnon poteris. — 29. $U^{1.4.6}$ Cum ablatiuo $G^1$ Cumque . . . P R Quin . . . (gl. cod. $U^2$: *īsuper pro etiam*). — 30. P $U^4$ participasque. — 31. $U^3$ Obiurat $U^{4.7}$ $G^1$ ad illam. — 33. $U^6$ et coniurat. — 34. P Cre. do. to. $U^{1.2.3.4.6.7}$ $G^{1.2}$ $\mu^1$ $p^{1.2}$ $\overset{po}{\text{Cre.}}$ $\overset{mo}{\text{do.}}$ $\overset{co}{\text{se.}}$ || P se. ne. iu. $U^{1.2.3.4.6.7}$ $G^2$ $\mu^1$ $p^2$ $\overset{o}{\text{nex.}}$ ($U^{4.6}$ $\mu^1$ $p^1$ $\overset{xo}{\text{ne.}}$) $\overset{uo}{\text{iu.}}$ sto $G^1$ nex. $\overset{co}{\text{mi.}}$ sto || P sto la. mi. $U^{1.2.3.4.6.7}$ $G^1$ $\mu^1$ $p^{2.3}$ $\overset{uo}{\text{la.}}$ $\overset{co}{\text{mi.}}$ $\overset{to}{\text{ue.}}$ ($U^{2.7}$ la. mi. $\overset{co}{\text{ne.}}$) $G^2$ la. $\overset{uo}{\text{iu.}}$ ue. || P ue. fri. ne. $U^2$ $\overset{no}{\text{to.}}$ $\overset{co}{\langle\text{pli.}\rangle}$ $\overset{co}{\text{fri.}}$ $U^{1.6}$

Haec faciunt in ŭi uel in i, reliquis datur aui.
Si componatur cum nominibus plico uerbum,
Ultima praeteriti uox conformatur in aui,
Si praepositio coniungitur huic plico uerbo,
Praeteritum semper in ŭi finito licenter.
De neco dic aui, ferro necui, reliqua ui.
Qui superat uincit aut uiuit: Uirgilius sic:
'*Quid puer Ascanius? superatne? et uescitur aura . . .*'
Degrado depono uel tecum pignere certo,
Estque caput primi gradus, est et gratia summi.
Cāuillo fallo, pro perforo pono căuillo,
Dic caluo primi caput esse, cauumque secundi.
Qui mittit legat, moriens dando sua legat,
Legatus missus, legatum morte relictum.
Accusat maior, est incusare minoris,
Ast excusare proprium dicas utriusque.
Dic pro purgare uel pro circumdare lustro,
A primoque potest lustrum purgatio dici.

---

to. pli. fri. $U^{3.4.7} G^{1.2} \mu^1 p^3$ to fri. pli. || P cu. so. $U^{1.3.4.6} G^{1.2} \mu^1 p^{1.2}$ co bo no to ne. cu. so. $U^{2.7}$ ue. cu. so. — 38. P Si praepositio iungatur huic plico uerbo $U^5$ Sed si iungatur praepositio plico uerbo $U^{1.2.3.4.6} G^{1.2} \mu^1 p^{1.2.3}$ Si praepositio coniungitur huic ($p^3$ cum) plico uerbo $U^7$ Si praepositio conponitur huic plico uerbo. — 39. P $U^1 G^1$ Praeteritum ($G^1$ — to) in ui semper finito licenter $U^{2.5} \mu^1 p^{1.2.3}$ Praeteritum per ui semper . . . $U^{3.6.7} G^2$ Praeteritum semper in ui . . . $U^4$ Praeteritum semper per ui — 40. $U^{1.2.6} G^2 p^{1.2}$ om. h. u. — 41. P et codd. uirgilius. — 42. P $U^{1.3.4.5}$ om. *et.* — 43. $U^3$ degradoque pignore certo $U^4$ degrado pignore certo (gl. cod. $U^3$: *ut faciūt caupones*). — 44. P $U^3$ Estque primi gradus $U^{1.2.4.6.7} G^1 \mu^1 p^{2.3}$ Estque caput primi gradus $U^5 G^2 p^1$ Estque gradus primi caput P esto gratia summi $U^7$ et gratia . . . $G^2$ et gratiaque . . . $G^1$ et sic gratia . . . $p^3$ est gratia . . . $U^{1.2.3.4.5.6} \mu^1 p^{1.2}$ est et gratia . . . — 45. $U^5$ dico cauillo. — 46. $U^{3.4.5.6} G^1 p^{1.2.3}$ Dic caueo ($U^5$ cauio) . . . — 47. $U^6$ moriens sua crimina legat. — 48. $\mu^1$ missus est. — 49. $U^7$ incusareque mīres. — 50. P $U^{1.2.3.4.5.7} G^2 \mu^1 p^{1.2}$ Ast . . . $U^6$ At . . . $G^1$ $p^3$ Ac . . . P proprie dicatur uterque $U^{1.4.6} G^1 \mu^1 p^{1.2.3}$ proprie dicatur utrique (gl. cod. $p^1$: ⁹*ueniat maiori et minori*) $U^{2.3.7}$ proprium dicatur utrique $G^2$ proprie dicatur utriusque $U^5$ proprium dicas utriusque. — 51. $U^6$ die et pro . . .

Quod non sum simulo, sed dissimulo quod ego sum,
Assimilare bono, non assimulare laboro.
Tunc ego praeuaricor cum crimina uera repello,
Cui falsum crimen impone calumnior illum.
Pastor oues baculo mīnat, lupus ore mĭnatur,
Hoc producatur, illud quoque corripiatur.
Mutuo credendo, sed mutuor accipiendo,
Mutuo dat nummos, sed mutuor accipit illos.
Accusatiuum regit insto simulque datiuum,
Insto dans operam tibi, te dum persequor insto.
Obsto cum consto doctrina supinat in atum,
  Cetera composita terminat ars in itum.
Strangulo suffŏco, exstinguo suffōco dicas,
  Quod bona sit ratio fauxque focusque probant.
A cio si dicas, excītat tu bene dicis,
  Excĭtat econtra dicitur a cieo.
Fla. facit ardorem, sed fra. largitur odorem,
Ignis enim flagrat, sed poma recentia fragrant.
Occĭdo dum labor, occīdo dum gladiabor.
Excubat in castris homo peruigil, incubat ornix,
Excubiaeque probant primum, probat incubus illud.

---

54. P $p^{1}$ Assimulare bono $U^{1.2.3.4.5.7}$ $G^{1.2}$ $\mu^{1}$ $p^{2.3}$ Assimilare bono $U^{6}$ Assimilare uolo P sed non assimlare laboro $U^{4}$ $G^{2}$ non dissimulare laboro $U^{6.7}$ non assimilare laboro $U^{1.2.3.5}$ $G^{1}$ $\mu^{1}$ $p^{1.2.3}$ non assimulare laboro. — 55. $U^{6}$ praeuarico $U^{1}$ dum $U^{3.4}$ $G^{2}$ crimine. — 56. $U^{4.5.6}$ $G^{1.2}$ $p^{1.3}$ calumpnior ipsum. — 58. $U^{7}$ illud uero . . . 59. $U^{3.5.7}$ $G^{1}$ Mutuo tradendo. — 60. $U^{1}$ om. h. u. — 61. $G^{1}$ simul insto regitque datiuum. — 62. $U^{1}$ te cum persequor insto P $U^{2.3.4.6}$ $G^{1.2}$ $\mu^{1}$ $p^{2}$ te dum . . . $U^{5.7}$ $p^{1.3}$ dum te . . . — 64. (sequitur in codd. $U^{4.5}$ uers. *Suffocat extinguit, suffocat guttura stringit.*). — 65. P $U^{3}$ $p^{2}$ Strangulo suffoco, pro extinguo suffoco dicas $U^{7}$ $G^{1}$ $\mu^{1}$ $p^{1}$ Strangulo suffoco et extinguo ($U^{7}$ $p^{1}$ extingo) suffoco dicas $U^{4.6}$ Strangulo suffoco extingoque suffoco dicas $U^{1.2.5}$ $G^{2}$ $p^{3}$ Strangulo suffoco, extinguo suffoco dicas ($U^{5}$ dico) sequitur in cod. $G^{1}$ uers. *Suffocat extinguit, suffocat guttura stringit.* — 66. $U^{4}$ faux et focusque. — 67. $U^{2.6}$ $G^{2}$ excito $\mu^{1}$ exscito $U^{5}$ $p^{1}$ excitas $G^{1}$ tu bene dicas. — 69. $U^{1.5}$ $p^{2.3}$ largitur P R designat. — 70. $U^{3}$ uirencia $U^{1.3.5}$ $\mu^{1}$ fraglant. — 71. P $U^{2.4.5.6.7}$ $G^{1.2}$ $\mu^{1}$ $p^{3}$ dum — dum $U^{1.3}$ $p^{1.2}$ cum — cum $U^{2.7}$ occidor $U^{3}$ $G^{1}$ occidar P R occido. — 73. P Excubiaque $G^{1}$ Excubioque $p^{1}$ illum.

Litem dant homines, obiurgantur mulieres,
Rixanturque canes, altercanturque sophistae,
Certant inter se pugiles pro laudis honore.
A cubo bas batum dicatur itumque supinum:
*Sanus eo cubitum, male sanus uado cubatum.*
Haec duo significat obseruo: sequor caueoque,
Haec in diuinis scripturis inueniuntur.
Si *rogat* addideris *con* congregat, *e* dat, *in* infert,
*Prae* praefert, *sub* substituit, *pro* protrahit, *inter*
Quaerit, *de* minuit, *ab* destruit, *ar*que superbit.
Quem uoco baptizo, quem quis uocat hunc trahit ad se,
Ut mutet quadam conditione locum.
Milito militiam perago, sic conuenit esse,
Si dicas equito, dicis equo sedeo:
Militis est primum, sed quisque potest equitare.
Qui uadat ille uadum transit peragrans equitando,
Qui uadiat certo pignere dat uadium.
Scandalizare malum dicas exemplificare,
Scandalizoque tamen derideo dicitur esse.
Sunt in *eo* primae *screo be. me. cre. nau. cal. e. bal. la.*,
Et duo sunt quartae, sed cetera cuncta secundae.

---

75. P Rixantur. — 76. P $U^{1.2.5.6.7}$ $G^{1}$ $p^{1.2}$ sub laudis honore $U^{3.4}$ $G^{2}$ $\mu^{1}$ $p^{3}$ pro . . . (gl. *propter laudem uel honorem et uictoriam obtinendam.*). — 77. Ṗ $U^{4.6}$ $G^{1.2}$ $\mu^{1}$ supino. — 78. $U^{5}$ $p^{1.2}$ tendo cubatum P R uado. — 80. $p^{1}$ in scripturis diuinis $U^{7}$ inuenientur. — 83. P $U^{4}$ $G^{2}$ atque superbit $U^{6}$ $p^{2}$ adque . . . (sequuntur in cod. $G^{1}$ uersus hi: *Qui sua pauperibus communicat erogat ille* || *Quique reis infert cruciatus irrogat ille* || *Qui meritis alios praecellit praerogat ille* || *Qui subconstituit alium sibi subrogat ille* || *Qui sua seque cupit p̄tēdere prorogat ille* || *Qūi quaerit sibi de dubiis interrogat ille* || *Qui deeus alterius dissoluit derogat ille* || *Qui mihi fraude sua bona destruit abrogat ille* || *Qui sibi dat quod ei non competit arrogat ille.*). — 84. P $U^{1.3.6}$ trahit ad se $\mu^{1}$ citat . . . $U^{2.4.7}$ $G^{1.2}$ $p^{1.2.3}$ uocat . . . — 86. $U^{2}$ $G^{2}$ sic conuenit illi. — 87. $U^{2.4.6.7}$ Si dicis . . . P R Si dicas . . . (cf. uers. 67) $U^{3}$ dicas equo sedeo. — 88. $U^{2.7}$ $G^{1}$ $p^{2}$ om. *sed.* — 91. $U^{6}$ $G^{1}$ $p^{2}$ om. *ntalum.* — 92. $U^{1}$ Scandalizo tamen derisio dicitur esse $U^{7}$ Scandalizare quod tamen derisio . . . $U^{2.4.6}$ $G^{1.2}$ $\mu^{1}$ $p^{2.3}$ Scandalizo tamen derideo . . . — 93. P scre: be: me: cre: nau: cal: e: bal laque $U^{5}$ screo be. me. cre. nau. cal. e. bal. ia. R scre. be. me. cre. nau. cal. e. bal. la.

Experior laudo dicas probo significare,
Spectoque significat experior specio.
Iudico te damno, tibi iudico commoda quaero,
Accusatiuus damnat, prodestque datiuus.
Fulgurat hoc primum dic esse, tonatque secundum,
Fulminat extremum dicitur esse cadens.
Eructo dicas cum fit ructatio, tuncque
Eructo uere uerbum, si dixero quicquam,
Si quid abundarit, ructatio dicitur esse.
Libo, si liba degusto, liboque dicas,
Coram numinibus si tu libamina ponas.
Clunagitant homines, sed crisantur mulieres,
Crisarique tamen Sodomitica secta uidetur.
Palmito praetaxo, dic et praetaxo subarro,
Et tamen haec taxus est utriusque caput.
A careo casso fore dicas exinanisco,
A quatio quasso pro frango dicitur esse.
Laxo per x scriptum pro soluo dicitur esse,
Lasso per ss duplex dic significare fatigo.
Non primitiuum dicatur, sed speciei
Deriuatiuae dicitur esse noto.
Nōto prior longa dicas cognosco frequenter,
Cum nŏto correpta est prima notas facio.

---

95. $U^{5}$ dico. — 96. $U^{5.7}$ $G^{2}$ $p^{3}$ spicio. — 97. P damno codd. dampno. — 98. P damnat codd. dampnat. — 99. P $G^{2}$ hic (P habet uers. 99. 100. 97. 98). — 102. P cuiquam $U^{1.2.5}$ $\mu^{1}$ $p^{1.2.3}$ quicquam $U^{3.4.6.7}$ $G^{1.2}$ quidquam. — 104. $U^{3}$ cum liba degusto $U^{7}$ haec liba degusto $U^{6}$ $\mu^{1}$ libo quoque dicas. — 105. $U^{3}$ cum — ponis $U^{4}$ $G^{2}$ si — ponis $p^{1}$ si pones P R si — ponas. — 106. $U^{5}$ crisantur $G^{1}$ crixantur P R crissantur. — 107. $U^{5}$ $G^{2}$ Crisarique . . . P R Crissarique P sodomita $G^{2}$ uocatur (expuncto *uidetur*) $U^{4}$ $p^{3}$ uocatur. — 108. $G^{2}$ dicas praetaxo subarro. — 109. P $U^{4.7}$ hic taxus (gl. cod. $U^{1}$: *tax⁹ ē q̄dam arbor qua tacta pereunt apes et inde dr̃ hoc adubium dum taxat id est tantūmodo.*). — 110. $U^{4}$ casso tu dicas . . . — 112. $U^{1}$ om. h. u. — 113. P $U^{1.2}$ $G^{1.2}$ $p^{2.3}$ per ss duplex R per s duplex ($U^{4.6}$ $\mu^{1}$ habent uers. 113. 112). — 114. $U^{3.5}$ $G^{2}$ primitiue. — 116. $U^{7}$ dico pro nosco frequenter $U^{4.6}$ $\mu^{1}$ dicatur nosco . . . — 117. $U^{1}$ Cum nota correpta prima est $U^{2}$ Cum nota correpta est prima $U^{3}$ Cum nota correpta prima

Pernocto nocte, spatioque perendino lucis,
Tunc diuturno, si diuturnam fecero moram.
Excubo dum castra tueor, sed lucubro nocte
Dum studeo, uigilo dicis utroque modo.
Ebrius hic titubat, nauis uacillat in undis,
Inde domus fragilis nutat homoque senex.
Calculo cum lapide, digitali computo sorte,
Et numero dicas qua ratione uelis.
Oscitat ore hians, halas quoque cum facis alas,
Os aperit ratio prior, altera brachia tendit.
Caelo dum sculpo lapides, celo cooperta,
A primo caeltes, caelum est a posteriori.
Si diuersificas bene remque reique recordor,
Tuncque rei cum pars tantum mihi scita recordor,
Tuncque recordor eam cum perfecte scio totam.

---

$U^{4}$ Cum noto correpta est prima $U^{6}$ Cum noto correpta prima P $U^{5.7}$ $G^{1.2}$ $\mu^{1}$ $p^{2.3}$ Cum noto correpta ($U^{7}$ *corrupta*) est prima $p^{1}$ Cum noto correpta sit prima $G^{1}$ faciet. — 119. P M $p^{1.3}$ Tunc diuturno $U^{1}$ Cumque diuturno $U^{2}$ Tuncque diutīno $U^{3.7}$ $G^{2}$ Tuncque diuturno $U^{4.5.6}$ $G^{1}$ $p^{2}$ Tuncque diutino $\mu^{1}$ Tunc diutino $U^{1}$ si diuturnam facere moram $U^{2}$ si diuturna fecero cuncta (mor̄a) $U^{3}$ si diuturnam fecero moram $U^{5}$ si diuturna fero $G^{1}$ si diuturna fecero cuncta $p^{1}$ si diuturnam facio cunctam (gl. *i. morā*) P $U^{4.6.7}$ $G^{2}$ M $\mu^{1}$ $p^{2.3}$ si ($\mu^{1}$ ſ;) diuturnam fecero cunctam. — 120. $\mu^{1}$ cum P $U^{1.4.6.7}$ $G^{2}$ $p^{2.3}$ lugubro. — 121. $U^{2}$ $p^{2}$ dicas. — 122. $U^{4}$ uacillat nauis. — 123. $U^{6}$ domus gracilis. — 125. $G^{2}$ om. h. u. — 126. P ora hians $U^{1.2.4.6}$ $G^{1.2}$ $p^{1.2}$ ora citans $U^{3.5.7}$ M $\mu^{1}$ $p^{3}$ ore citans $U^{1.2.4.7}$ $p^{1}$ alat quoque cum facit alas P $U^{3.5.6}$ $G^{1.2}$ M $\mu^{1}$ $p^{2.3}$ alas ($G^{1}$ halas) quoque cum facis alas. — 128. $U^{1.3.5}$ cum sculpo. — 129. $U^{5}$ A primo sit celtes, celum sit a posteriori $\mu^{1}$ A primo celtes, celum dic a posteriori $U^{4.7}$ M $p^{2}$ a posteriore P $U^{1.2.3.5.6}$ $G^{1.2}$ $\mu^{1}$ $p^{1.3}$ a posteriori (gl. cod. $U^{1}$: *celū dr̄ a celo las quia celat oīa p̄t' se ip̄m. a celo celas quod est sculpo pis quia sculptura est stellis.*). — 130. $U^{6}$ $p^{3}$ diuersifices PR diuersificas $U^{1.6}$ rem reique. — 131. $p^{3}$ Tunc rei . . . $U^{4}$ Tuncque rei cum pars tamquam modo scita recordor $U^{6}$ Tuncque rei tantum cum pars est s⟨c⟩ita recordor. — 132. $U^{6}$ cum perfecte scio ipsam (P habet uers. 120. 121. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 122. 123. $U^{2}$ habet uers. 120. 121. 124. 125. 122. 123. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. inter uers. 127 et 128 inserti inueniuntur hoc in codice eadem manu scripti uersus hi: *Oscito singulto*

Exsultans gaudet proprie, exaltansque superbit,
Primum de salio, reliquum dicatur ab alto.
Te rigo dico bene, sine casu roro sequente,
Est transitiuum prius, absoluitque secundum.
Hoc meditor firmo, sed non hoc cogito laudo,
Primum iustorum solet esse, sequensque malorum.
Quem ueneror decŏro, quem pulchrum reddo decōro,
Principium primi decus esto, decorque secundi.
Exspirat moriens homo, suspirat gemebundus,
Tunc homo conspirat, si coniuratio fiat,
Aspirat siue potius respirat anhelans,
Et tamen aspirans quandoque fauere uidetur,
  Admonet inspirans uiuificatque frequens.
Hic moror aio bene, moror illos et moror a te,
Actiuum neutrum sic est communeque uerbum.
Asportas remouens, apportas si mihi praebes;
Implicat importans et supportans homo tollit.
Quisquis amicatur nobis est noster amicus,
Cautus amicat eum sibi, quem prece reddit amicum,
Ast inimicatur nobis inimicus apertus,
Iste sibi uerbis socios inimicat acerbis.

---

*sb⁹nuto nauseo st'to || Glutto mastucans hio tussio ructo sc'oq;*). — 133. $U^1$ $\mu^1$ $p^3$ Exultans gaudet, exaltans atque superbit $U^4$ proprie gaudet. — 134. $U^6$ dat salio $U^3$ dicetur. — 136. P $U^{4.5.6}$ $G^{1.2}$ $\mu^1$ primum. — 137. P Quod meditor firmo, sed non quod cogito laudo. — 139. $U^7$ quem reddo pulchrum. — 140. $G^2$ decus est decorque $p^1$ decus est decor esto . . . (sequitur in cod. $U^2$ uers. *Hunc homines decorant quem uestimenta dec orant.*) — 141. $U^3$ Exspirans moritur . . . $p^1$ suspirat moribundus $U^6$ suspirat gemibundus P R suspirat gemebundus. — 142. P conspirat homo. — 143. $U^3$ Asspirat pocius ueniens respirat anhelus $U^5$ Aspirat pocius siue . . . — 145. (sequitur in cod. $U^1$ distichon hoc: *Mens spirat, suspirat amans, conspirat iniquus || Respirat fessus, ex. obit, asque fauet.*). — 146. $U^1$ moror illum. — 148. P $U^2$ Asportas remouens $U^{1.3.7}$ $G^{1.2}$ $\mu^1$ $p^1$ Asportans remoues M $p^{2.3}$ Asportans remouens $U^{4.5.6}$ Asportans remouet P $U^{1.2.3.5.7}$ $G^1$ M $p^{1.2.3}$ apportas si mihi praebes $G^2$ $\mu^1$ apportans si mihi praebes $U^{4.6}$ apportans sit mihi praebens. — 149 $U^6$ sed subportans homo tulit ($U^2$ habet uers. 133. 134. 141. 142. 143. 144. 145. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 148. 149. 146. 147.). — 150. P M $p^1$ Si quis R Quisquis. — 152. $U^1$ nos.

Impĕtro quid dicto prius et mox perpetro facto,
A patro uerbo sumit utrumque caput.
Hocque patro uerbum duo significabit in unum,
Patro luxurio, patroque perficio.
Obsŏnor iratus, obsōnor nocte fit esus,
Ientamus mane, cenamus uespere facto,
Tertia prandere postulat, ut solitum est.
Uescitur at nona merenda messor in hora.
Conspĭcor aspicio, conspīcor colligo spicas,
Tunc ego despīcor cum spicis extraho grana,
Despĭcor at proprie dico cum specto deorsum.
Gratulor est laetor et gratulor est ago grates,
A grato primum dicas, a grate secundum.
Dicitur exsquamo nec non exentero pisces,
Pullos dimembro, pullos euiscero dices.
Gaudens exsultat, contradicensque resultat,
Hoc ablatiuum poscit, reliquumque datiuum.
Obpilat ora pilo claudens, obturat at ille
Aures cum ture, quod ab antiquo solet esse.
Inter se screo siue creo diuersificantur,
Iactans sputa screat, res deus ipse creat.
Haec dico significat: confirmo copulo sacro.
Exstinguens necui pecudem, feriensque necaui.
Pignero suscipiens, impignero pignera tradens,

---

154. $p^3$ et post . . . — 155. M sumit utrumque nomen. — 156. $U^6$ $\mu^1$ in uno. — 158. $U^1$ osono M obsono $p^1$ obsompnor. — 159. $U^6$ $p^2$ Iantamus P R Gentamus. — 160. $U^{5.6}$ sibi postulat. — 161. $U^3$ in agro $U^6$ merendat fossor in ora ($U^1$ habet uers. 160. 161. 159). — 163. $G^2$ detraho. — 164. P Despicor ac ipse proprie cum . . . (P $U^{1.2.3.4}$ $G^1$ M $p^{1.2}$ habent uers. 163. 164. 162). — 168. $U^2$ M $p^1$ demembro $G^2$ porcos euiscero dicas $U^{3.6.7}$ $G^2$ $p^{1.2}$ pullos euiscero dicas P R pullos euiscero dices. — 170. $U^4$ reliquum poscitque. — 171. P $U^{2.3.4.5.6.7}$ $G^1$ $\mu^1$ $p^{2.3}$ Opilat $G^2$ Opulat $U^1$ M $p^1$ Oppilat (*Thurot* pag. 522 uers. 28: 'Obpilat per b et p scribitur.'). $U^{1.5}$ ore $U^3$ obdurat. — 173. P $U^2$ $G^1$ M $\mu^1$ $p^1$ Inter se screo siue ($G^1$ seu) creo diuersificantur $U^{4.6}$ Inter se screo seu creo sic diuersificantur $p^2$ Sic inter screo siue creo diūſſificatur (sic) $U^{1.5.7}$ $G^2$ $p^3$ Inter se creo siue screo diuersificantur ($p^3$ — catur). — 175. $U^{1.3.4.5.6}$ $G^1$ signat. — 177. $U^1$ Pigno

Pignero dum capio, dum pignero pignera trado,
Pignerat haec locuples quae pauper pignerat illi.
Irrītat euacuat, irrītat prouocat iras.
Scrutor ut experiar, ut sanem uulnera rimor,
  Sciscitor inquirens quae noua scire uolo.
Inuestigo sequens profugi uestigia furis.
Elongas mihi res, prolongas quod dare debes.
Cunctatur replicans uaga uerba, pigerque moratur.
Si quid diuidimus membratim tunc laniamus,
  Quando membra secas tunc eadem laceras.
Denotat allego causor confirmo iuuoque.
Solor solamen dono, solor quia solus
Efficior, primum deponit et hoc patiatur.
Supparo cum rugo pannum, supero quoque uictum,
Hoc uerbumque paro cum sub caput est utriusque.

---

suscipiens $U^5$ Pignora suscipiens $U^7$ Pignera suscipiens $p^2$ Pignoro suscipiens P $U^{2.3.4.6}$ $G^{1.2}$ M $\mu^1$ $p^{1.3}$ Pignero suscipiens P $U^5$ M $\mu^1$ $p^{1.2.3}$ impignoro pignora tradens $U^3$ inpignoro pignora trado $U^{1.4.7}$ $G^1$ impignero pignora tradens $G^2$ impignero pignora trado $U^6$ que īpīgnero pīgne tradēs. — 178. P $G^{1.2}$ M $p^1$ Pignoro dum capio $U^6$ Pignore . . . $U^{1.2.3.5.7}$ $p^{2.3}$ Pignero . . . P $U^6$ $G^{1.2}$ M $p^{1.3}$ dum pignoro pīgnòra trado $U^1$ dum pignoro pignera sumo $U^2$ dum pignore pignora sumo $U^3$ dum pignoro pignora fero $U^5$ dum pigno'a pignōr f'mo $p^2$ dum pignoro pignora firmo $U^7$ dum pigno'a pigne'a ||| $U^4$ om. h. u. $\mu^1$ litteram initialem tantum habet. — 179. P $U^{1.3}$ $p^3$ Pignerat — pignorat $U^4$ Pignerat — īpignorat $G^2$ $\mu^1$ Pignorat — pignorat $U^6$ Pīgnorat — pīgnorat $U^5$ Pignerat — pignerat $p^1$ Pignerat — inpignerat $U^{2.7}$ $G^1$ M $p^2$ om. h. u. ($G^2$ habet uers. 179. 178). — 180. $U^1$ $G^2$ irritat prouocat iram $U^6$ irrito prouoco rixas P R irritat prouocat iras. — 183. $U^1$ om. h. u. in cod. $U^2$ ante uers. 181 inuenitur al. m. scriptus. — 184. P $U^7$ $G^2$ $p^2$ quod dare differs $G^1$ quod mihi differs $U^{1.3}$ M $\mu^1$ $p^{1.3}$ quod dare debes $U^{2.4.5.6}$ que dare debes (sequitur in cod. $U^4$ uers. *Si nō prolōgas cito pbens munera bis das.*). — 185. $\mu^1$ implicans $U^7$ uana. — 186. $U^6$ $p^1$ dilaniamus $G^1$ dislaceramus P R tunc laniamus. — 187. $U^2$ Sed cum membra secas. — 188. $\mu^1$ firmo quoque iuuo $G^2$ confirmoque iuuo. — 189. $U^2$ solorque solus $U^{3.5.6}$ $G^{1.2}$ solor quoque solus. — 190. $U^2$ Efficiat — deponit. — 191. $U^4$ Supo — ſuparo $G^2$ Supo — ſupo $\mu^1$ Suparo — suparo P $U^6$ $G^1$ cum pannum rugo $U^{1.3.5.7}$ $G^2$ M $\mu^1$ $p^{1.2.3}$ cum rugo pannum $U^4$ cum rugo pannos $U^2$ dum rugo pannum $U^6$ supparo quoque pastum. — 192. P $G^{4.6}$ $G^2$ Hoc uerbum paro . . . $U^2$ om. h. u.

Efferat hic hostem signat quod terret eundem,
    Efferat at per se deuenit iste ferus.
Accusat semper onero, sed pondero per se
Ponitur, huic pondus fons est, onus est caput illi.
Cum pasco curo, sed cum considero curo,
Cum medeor curo, simul haec tria significabit.
Consto saepe notat pretium, consto quoque saepe
Pro perseuero reperitur proque simul sto.
Angusto stringo dicas, angustio pono
Inter pressuras, haec sunt poenale locale.
Delȳro discordo, delīro deuio dicas,
Est lȳra fons primi, caput est quoque līra secundi.
Nil de composito retinet uenundo supino,
Sicut et hoc nomen semis, sunt haec duo tantum.
Dico cum tribuo concedo uoce sub una,
    Hoc uerbum do das haec tria significat.
Praesto praeualeo dicas, praesto quoque dono,
Praestoque saepe solet accommodo significare.
Ad pulli pastum proprie tenet hoc sipo uerbum,
    Suboque porcorum pertinet ad coitum.
A sipo composita sunt obsipo dissipo dicta,
    Obsipo spargo notat, dissipo diuidere.

---

193. M cum terret . . . — 194. P U$^{6}$ ac per se G$^{1}$ hac per se U$^{7}$ denotat esse ferus M p$^{3}$ deuenit inde ferus. — 195. U$^{1.2.4.6.7}$ G$^{1.2}$ M p$^{1.2}$ honero. — 196. U$^{7}$ M p$^{1}$ est fons U$^{1.6.7}$ p$^{2}$ honus caput illi G$^{1}$ honusque caput illi U$^{2}$ p$^{3}$ onus et caput illi. — 197. U$^{3}$ Quem pasco curo, sed quem . . . P U$^{2.3.4.5.6}$ G$^{1}$ $\mu^{1}$ p$^{1.3}$ desidero. — 198. P U$^{6}$ G$^{2}$ $\mu^{1}$ p$^{1}$ significabit R significantur. — 199. U$^{3}$ Constat P natat p̄cium. — 200. P pro simul sto. — 202. U$^{2}$ $\mu^{1}$ sunt haec P R haec sunt. — 203. U$^{5}$ G$^{2}$ deliroque. — 204. U$^{7}$ caput est liraque secundi G$^{2}$ caputque lira secundi. — 207. P contribuo. — 208. G$^{2}$ ſig̃bit. — 211. P U$^{2.4.5.6.7}$ $\mu^{1}$ p$^{1}$ proprie tenet hoc supo uerbum U$^{1}$ proprie pertinet hoc supo uerbum U$^{3}$ proprie (quoq; al. m.) pertinet hoc supo uerbum G$^{2}$ hoc pertineat supo uerbum G$^{1}$ tibi pertinet hoc sipo uerbum M proprie attinet (tenet al. m.) hoc supo uerbum p$^{2}$ proprie atinet hoc sippo uerbum p$^{3}$ proprie actinet hoc supo uerbum. — 212. U$^{1}$ Subo . . . — 213. U$^{7}$ A sipo . . . $\mu^{1}$ A subo . . . p$^{2}$ A suppo . . . P R A supo . . . — 214. U$^{3}$ Dissipo diuidere, spargo notat obsipo uere. —

Si iuuat actiuum fuerit, tunc auxiliatur,
Impersonale si sit, delectat ubique.
Allactat puerum, quem mater ad ubera ponit,
Ut lac sugat ab his, ablactat eum remouendo.
Sol radiat mucroque micat fulgurque coruscat,
Cum fulgur supra nos paret fulgurat aether.
More catelli qui loquitur sic ille catellat,
Hic tibi catillet, mulierem qui pede tangit.
Impedit intricat nec non inuoluere signat,
    Extricatque sapit expedit atque aperit.
Praestŏlor exspecto, praestōlor quaerere dico.
Mussat qui dubitat, mussat qui murmurat idem.

---

## *Cap. XVI.*

# De uerbis secundae coniugationis.

Dicit aue ueniens tibi iure ualeque recedens,
Hoc uerbum salue comprendit aueque ualeque.
Caelestem dat aue mihi significare salutem,
Humanamque uale, salue designat utrumque.

---

Parcendo miseratur homo, Christus miseretur,
Quilibet istorum proprie miseret miserorum.
Ultro promitto quid, polliceorque rogatus:
Inter promissum sic differt pollicitumque.
Inficit intingens, qui denegat infitiatur,
    Et sibi sumpserunt hinc caput infitiae.
Qui capit ille locat, conducit qui pretium dat,
Conducit dantis pretium, locat accipientis.
Lacteo lac sugo, lacto lac praebeo nato,
Sicque puer lactet, puerum mater sua lactat.
Pendeo suspensus, pendo dum subleuo pondus,
Pendo do poenas, dnm pendeo suffero poenas.
Corporeis oculis cerno, considero mente,
Quid profecturum mihi sit uel quid nociturum.
Obloquitur qui clam personam rodit honestam,
Exprobrat in faciem praesentis turpia dicens.
Corrigo discipulum, reprehendo uirum uitiosum,

---

8. $PU^4$ Absoluit R Absoluat $U^1$ M transeat ac $G^1$ transeatque PR transeat et. — 9. $p^1$ subgerat $U^{1.2.3.6}$ M ad aures PR ad aurem. — 10. $U^1$ om. h. u. — 12. $U^5$ Utrumque istorum $U^7$ Uterque . . . $p^3$ Quemlibet . . . PR Quilibet . . . (gl. cod. $p^1$: *tā hō q̄ ds̄*). — 13. $U^7$ pollicitorque rogatum. — 14. (sequuntur in codd. $U^7$ M $p^2$ uers. 31. 32. 33 capitis superioris). — 17. $U^{1.3.5.6}$ $p^{1.2}$ conducit qui $G^1$ producit qui PR qui conducit. — 18. P est dantis $U^6$ pretium dantis. — 19. $U^{1.4.7}$ $p^{1.3}$ suggo. — 20. $U^{2.3.4}$ puerum mater sua lactat $U^{5.7}$ puerum lactat sua mater $p^1$ proprie (ł puerū) lactat sua mater PR proprie lactat sua mater. — 21. (Appositi sunt in margine cod. $p^2$ duo uersus hi: *Pendere tortoris dicas, pendere doloris* || *Pendeo uel pendo dicas dat utrumque pependi.*). — 22. $U^7$ Pendeo — pendo $U^6$ M poenam — poenam $G^1$ habet uers. hunc: *Pendere uult iustus, sed uult pendere malignus.* — 24. M uel sit nociturum $p^2$ quidue . . . — 25. $U^1$ clam qui personam $\mu^1$ $p^3$ clam personam qui $G^1$ clam personam uel PR qui clam personam $U^1$ cernit M rodit (al. m. expuncto *spernit*) $\mu^1$ reddit $p^1$ spernit (ł rodit) $p^3$ rodit PR spernit.

Illum uitupero, de quo conuicia dico.
Est domini quod praecipiat, parere minoris,
Hortarique parem debet par ad probitatem.
Poscere consilium pariter dare debet amicus.
Drensat olor, clangit anser, crocitat quoque coruus,
At pardus felit, uultur pulpat, leo rugit,
Ast onager mugilat, bos mugit, rana coaxat,
Uociferans barrit elephas, gryllusque minurrit,
Blatterat ac uespertilio, strittinnit hirundo,
Balat ouis, uagit capra, sed gallina gracillat,
Frendit aper, uulpes quoque gannit, rudit asellus,
Hinnit equus, grunnit porcus, pipat quoque nisus,
Sed catulus latrat, hinc murilegusque catellat,
Est hominumque loqui, quod dicto praeualet omni.
Signat honestatem decet, expedit utilitatem,
Conuenit idoneum temporis atque loci.
Si pono proprie, per oportet signo necesse,
Appello primae signat uoco, lisque sequente
Denotat ad terram nauem propellere nautam.
Pertinet ad frigus hoc uerbum frigeo, frigo
Si frigis subdas, per idem frixoria signas.
Obtinet in causa qui ius adquirit in ipsa,

---

28. $U^{2}$ de q̊ ⁹uicia quero (i. dico). — 30. $U^{1}$ debet parem. — 32. $U^{1}$ Dransat $p^{3}$ clangit $U^{6}$ glingit PR clingit. — 33. P Ac . . . P et codd. fellit $U^{1.3.4.6}$ $G^{1}$ $p^{3}$ pulpat uultur. — 34. P Ac . . . $U^{1}$ $G^{1.2}$ Ast . . . R At . . . — 36. $U^{1}$ Blancterat $U^{7}$ $p^{1}$ Blaterat $U^{2}$ Blatterat PR Blacterat $U^{1.2}$ striclinnit $U^{4}$ ſtricnitq; $U^{6}$ ſtrictīgnit $p^{1}$ circ̄cinit $p^{2}$ ſ; ſtrignit $p^{3}$ ſtrinctingit PR strictinnit. — 37. P uehyat $\mu^{1}$ uehatq; $p^{1}$ ueat (ł uehiat) $U^{6}$ uheat (sic) $G^{1}$ ueahat R uehiat. — 39. $PU^{5.6}$ $G^{1}$ pipillat R pipilat. — 40. $PU^{1.3.5}$ $G^{1.2}$ M $p^{2}$ catillat R catellat (sequitur in cod. $G^{2}$ uers. *Anser et anseruli dn̄t* (sic) *per pascua pipi.*). — 41. $PU^{1.2.7}$ $\mu^{1}$ $G^{2}$ Est hominum loqui . . . (sequitur in cod. $U^{7}$ uers. *Anser et anseruli clamant per pascua pipi.*) $U^{1}$ habet uers. 36 37. 38. 40. 35. 41. om. uers. 39. — 43. P teloneum. — 44. $U^{2}$ $G^{2}$ pono PR ponam $PU^{1}$ $\mu^{1}$ dico necesse $U^{2.3}$ signo necesse est R signo necesse. — 46 $U^{4}$ M $p^{1}$ nauem compellere $U^{7}$ nauem subducere $p^{3}$ naues appellere PR nauem propellere. — 48. $U^{1.4.6}$ subdis $G^{1}$ dicas PR subdas $U^{6}$ signes $p^{1}$ signat PR signas. — 49. P $p^{3}$ quiuis acquirit in illa $p^{1}$ quiuis adquirit in illa $p^{2}$ quiuis adquirit in illam $U^{4.7}$ $G^{1}$ quiuis acquirit in ipsa R qui ius acquirit in illa.

Sed pugnans aliquis uincit cum terga dat hostis.
Designat facio gero, designat quoque porto,
Bella gero faciens, sic et gero pondera portans.
Si sero subdo seras, tunc liminis ostia claudo,
Cum sero dico seris, tunc terrae semina mando.
Iste manum retrahit a munere, uerba retractat,
Et tamen alterius altrum dicatur origo.
Luxuriat seges aut coma, lasciuitque puella,
Luxuries primi, lasciuia forma secundi.
Assentimur amicis blandimurque tyrannis,
Utque magis placeamus adulamur dominanti.
Obserit impediens, hic obserat ostia claudens.
Uir generat mulierque parit, sed gignit uterque,
  Gignit pro generat ponitur improprie.
Si crepo sit primae, solet hoc quod dissipat esse,
Si crepis adiungas, signare crepo sono dicas.
Uinum delibo, de quo experiens ego gusto,
Delibor quasi deficiens a munere labor,

---

50. $U^1$ M pugnas $U^6$ pugnā PR pugnans $U^3$ dum $U^1$ $\mu^1$ $p^3$ cui PR cum. — 52. $U^2$ $p^1$ et sic gero $U^3$ tamen et gero. — 53. $U^{2.3.5}$ $G^2$ Si sero subdo seras P $U^{1.6}$ M $p^{2.3}$ Si sero dico seras $p^1$ Sero si dico seras $U^{4.7}$ $G^1$ Si sero dicas seras P $U^7$ $G^1$ $p^3$ tunc limen et hostia claudo $U^1$ tunc limen et hostia claudit M $p^1$ sic limen et hostia claudo $U^{2.3.4.5}$ tunc limen ad hostia claudo $U^6$ tunc liminis hostia claudo $G^2$ hostibus addo serans $\mu^1$ huius uersus initialem S tantum habet. — 54. $U^{2.3}$ Cum sero dico seris $U^4$ Si sero dicas seris PR Si sero dico seris $U^1$ tum terris semina mando $p^3$ tunc terris semina mando $U^6$ tunc terrae semina iacto PR tunc terrae semina mando (P $U^1$ $G^2$ $p^2$ habent uers. 54. 53). — 55. $U^{1.4.6}$ $G^1$ M $p^1$ Ille PR Iste. — 56. $U^{3.6.7}$ altrum PR alter. — 59. $U^{2.6}$ M Assentimur PR Assentimus (sequitur in cod. $U^2$ uers. *Assentire tamen quandoque fauere uidetur.*). — 61. $U^{1.2.3.4}$ $p^3$ hic obserat PR ille obserat $G^{1.2}$ hostia claudens PR hostia firmans. — 64. $U^3$ sonat id $U^{4.5}$ solet id PR solet hoc $U^1$ quod discrepat esse $U^6$ quod superat esse $G^1$ quod dissipo dici PR quod dissipat esse (gl. *Crepo as est crepare uel dissipare seu findere per uentrem unde legitur quod Iudas suspensus crepuit per medium*). — 65. P $U^{1.3.5}$ $p^3$ adiungis — dicas $U^{2.6}$ $G^1$ adiungis — dicis $U^{4.7}$ $G^1$ M $\mu^1$ $p^{1.2}$ adiungas — dicas. — 66. $U^1$ Uinum degusto $U^{1.2}$ $G^1$ M $\mu^1$ $p^1$ ex quo $U^{3.5}$ dum hoc PR de quo. — 67. $U^1$ de munere $U^2$ $G^2$ a munere PR a uiuere (gl. cod.

Dilabor cum per uarias partes ego labor.
Retro pedem iaciens repedas, repedisque reuertens.
Assignare diem praefigere uel dare dicas,
His definire uel praetaxare marites.
Arrogat ascribens sibi quisquam plus ratione,
Qui socios spernit praeeunte ualore superbit.
Cum bene respondet decius compello iocose,
Compello tumidum, cur sic agat impetuose.
Aede deest quisquam, qua non est nec fuit unquam,
At quis abest aede, qua non est sed fuit ante.
Est ceuere uirum, sed crisari mulierum,
Clunagitant homines in se, pariter mulieres.
Tu consternaris, si defectum patiaris
Mente, sed ex onere consterneris immoderato.
Accusatiuum medico, medeorque datiuum
Exigit, at medicor hunc casum poscit et illum.
Uādo uiam, uădo quadrupedem, uadio uadium do,
Pro consorte uador sonat hoc quod sum fideiussor.

---

$U^2$: *Delibor idē ē quod deficere a uita i. mori. unde paulus. Iam delibor et tp̄c resolutoīs adest.*) — 69. $U^1$ iactans $U^2$ repedat repeditque (ex correctura) $U^7 G^1 p^2$ repedat repeditque $U^5 G^2 p^{1.3}$ repedas repeditque P R repedas repedisque. — 70 $U^{1.2} G^1 \mu^1$ praefingere. — 71. $U^1$ difinire P R diffinire $p^1$ maritas. — 72. P Arrogo $U^1$ quisque $U^4$ quisquis $p^1$ quicquid M $p^3$ quicquam P R quisquam. — 73. $U^3$ socium M superos P R socios. — 74. M respondit. — 75. $U^1 G^1$ Compello timidum $p^1$ Compellor timidus $U^{5.7}$ cum sic agat $U^2$ om. h. u. — 76. P Ede deest quia non est . . . . $U^6$ M $p^3$ nec fuit umquam P R nec fuit ante. — 77. $U^4 G^2 p^{1.2}$ Et quis . . . P quia non est sed solet esse $U^1$ qui non est sed solet esse $U^4$ qn̄q; (= quandoque) sed solet esse $U^2$ qui non est sed fuit ante $U^6$ qua non est sed fuit ante R qua non est sed solet esse. — 78. P $p^3$ seuere $U^1$ seuire $U^7 G^1 \mu^1 p^1$ sceuere $U^{2.7} G^2$ mulierem. — 79. $U^{2.3.5} p^{1.3}$ sed crissantur mulieres P in se: pariter et mulieres R in se pariter mulieres (sequuntur in codd. $U^{1.2.4.5} G^{1.2} \mu^1 p^3$ uersus hi: *Terra sit inferius* ($U^2$ *infernus*) *uirgo deus* ($U^4$ *dec⁹*) *ac elementum* || *Caelica uita caro protoplastus* ($G^1$ *prothoplaust⁹* $p^3$ *plasmatus*) *machina mundi*). — 80. $U^6$ Tunc . . . — 81. $U^1$ immoderate. — 83. $U^1$ poscit hunc casum et illum (sequuntur in cod. $p^1$ uersus: *Terra sit inferius uirgo deus ac elementum* || *Caelica uita caro plasmatus machina mundi.*). — 85. $U^2$ sonat id P R sonat hoc.

Si quando facias quod non debes, homo, peccas,
Sed tunc delinquis cum non facis utque iuberis.
Sit, quid delictum, quid peccatum, tibi dictum.
Pando facit passum, patior, pateoque supinum.
Tondemus barbas, crines, sed tundimus herbas.
Fundas ecclesiam, fundis laticem bene dicis.
Decipitur facto, solet at quis fallere dicto,
Dicto factoque socium circumuenit ille.
Albes candidus es sonat, albas quod facis album,
Est naturale primum, fit et arte secundum.
Quae noua sunt narro, refero narrata secundo.
Uallamus proprie castrum, saepimus ouile,
Saltum lustramus, campi planum peragramus,
Ambimus quod nos cupimus, notat ambitus illud.
Unguentum manat, nix liquitur, ast aqua stillat.
Uitem bruma cremat, sed torris aduritur igne,
Sol torret messes, succendit amor mulieres.
Garrit auis proprie, garrulat ipse loquax.

---

86. P Si facias quando $U^{1.5}$ M $p^1$ Si quando facies R Si quando facias. — 87. $U^6$ ú q̄ iuberis PR utque iuberis. — 88. P$G^2$ $\mu^1$ $p^1$ Si quid delictum ... $U^1$ Sit q̊; delictum ... $U^4$ Sitq; delictum ... $U^6$ Sic quod delictum ... $U^7$ $G^1$ Sic quid delictum ... $p^2$ S; quid delictum ... $p^3$ Quid sit delictum ... $U^3$ M Sit quid peccatum ... $U^5$ Si q́ peccatum ... P $U^6$ $\mu^1$ tibi dictum est $U^2$ om. h. u. — 89. P pateo patiorque supino $U^6$ $\mu^1$ $p^1$ patior pateoque supino $U^{1.2.3.5}$ $p^2$ patior pateoque supinum $U^{4.7}$ pateo patior quoque passum $G^{1.2}$ M $p^3$ patior pateo quoque passum. — 90. $U^5$ et crines (omisso *sed*) $G^1$ uel oues $U^6$ $G^1$ sed tundimus erbas ($G^1$ herbas) $\mu^1$ et tondimus herbas PR sed tondimus herbas. — 91. $p^1$ Fondas ecclesias P $U^{3.5.6.7}$ $G^2$ $\mu^1$ $p^{2.3}$ bene dico $U^{1.2.4}$ $G^1$ $p^1$ bene dicis M bene dicas ($U^{1.6}$ $\mu^1$ $p^1$ habent uers. 89. 86. 87. 88. 90. $U^2$ habet uers. 89. 90. 91. 86. 87. $G^2$ habet uers. 90. 89. 86. 87. 88.). — 92. $U^6$ M $p^{1.3}$ Decipimus $U^2$ factis $U^1$ solet aut quis. — 93 $p^3$ Dicto factoque PR Dicto uel facto. — 94. $\mu^1$ $p^3$ facit. — 95. P $U^3$ $p^3$ sit et arte $U^4$ $G^1$ sed et arte $U^1$ $\mu^1$ fit et arte $U^6$ fit ex arte $U^5$ sed ex arte $U^{2.7}$ $G^2$ sed ab arte M sit ab arte $p^1$ sit sorte (ł arte) $p^2$ sit forte. — 97. $G^2$ castra. — 98. $U^6$ $p^3$ campi planum $U^2$ planum campum PR planum campi. — 99. $U^7$ quod concupimus. — 100. P $G^2$ $p^3$ ac aqua $U^6$ M at aqua R ast aqua. — 102. $\mu^1$ meſſē. — 103. $U^7$ ipse loquendo $p^1$ ille loquax PR ipse loquax.

Irrationale stillat, ratione fruentis
Mingere sit proprie, quoniam sic conuenit esse.
Cor sapit et pulmo loquitur, fel commouet iram,
Splen ridere facit, cogit amare iecur.
Est quaedam proprie res, quae proprium gerit esse,
Est simplex prorsus sicut deus et uelut yle,
Dic aliquid fore, quod non esse suum trahit ex se.
Edŭco prima facit, edūco tertia dicit,
Sic facit as ālo, sicut is est ab ălo.
A mĕtor exit eris, uariatur mētor in aris.
Prima dĭco cōlo, tertia dīco cŏlo,
Prima uădo lēgo, tertia uādo lĕgo.
Est redimit quartae, de seque facit redimire,
At redimo redimis inflexio tertia accit,
Hoc redimitus habet ex se, reliquumque redemptus.
Cōmo dum crines orno, cŏmo splendeo dicas,
Huic comis subdas, huic quoque subde comas.
Comentes homines dicas galeasque comantes.
Praebeo praebendas, tribuoque tributa tribuno,
Dono nil sperans, sed do tibi mutua quaerens,
Largior ut largus, erogo pauperibus.
Dormito sub pigritie, sed dormio uere,
Dormitauerunt omnes dic dorque mierunt.
Qui uocat asciscit arcessit et acciet accit,

---

106. M lingua loquitur $U^{1.5}$ uel (pro *fel*) $U^{1.3.5.7}$ $G^{1.2}$ M $p^2$ iram P R iras. — 108. $U^2$ $G^2$ gerit in se. — 109. P ile codd. yle. — 111. P facit prima $U^2$ tertia finit $U^6$ tertia dicis P R tertia dicit. — 112. (gl. *alo as prima producta est axtendere brachia post somnum.*). — 115. (P habet uers. 114. 111. 112. 113. 115. retinui ordinem qui est codicum.). — 116. $U^4$ de se formans redimire $p^2$ de se faciet redimire. — 117. $U^1$ At . . . $U^4$ Est . . . $U^5$ Ast . . . P R Ac . . . $U^6$ dicis. — 118. P habet in se codd. habet ex se. — 119. $U^{3.5}$ cum P R dum P $U^6$ dico R dicas. — 121. $U^3$ dicas homines. — 122. $U^1$ Praebendas praebeo. — 123. $U^4$ munera quaerens $G^2$ muīa quaerens P R mutua quaerens. — 124. P ut erogo $U^4$ sed erogo $U^6$ et rogo. — 126. $G^2$ Dormitauerunt homines $U^1$ $\mu^1$ Dormitauerunt dicas dic dorque . . . $U^2$ Dormitauerunt dicas dorque . . . — 127. P $U^{1.3.5}$ $\mu^1$ $p^2$ acciscit $U^6$ aciscit $U^2$ accersit (expuncto *acciscit*) $U^4$ $G^2$ $p^3$ accessit $G^1$ M $p^1$ accissit $U^7$ ascis-

Arcessit simul accersit pariter sociabis,
Sed tria sunt ternae, tamen acciet esto secundae,
Accit et arcessit respondent haec duo quartae.
Quae faciunt in sco fore dicas inchoatiua,
Ista sed excipias et quae formantur ab illis:
*Con. dis. com. glis. pos. uis. fus. co. nos. qui. a. cres. pas.*

---

## *Cap. XX.*

# De aduerbiis.

Sunt adiectiua uerborum aduerbia semper,
Sicut testatur artis doctissimus auctor.
Adiunctum uerbo dicas, ut dicit origo.
Unde ubi quo uel qua loca quaerunt quattuor ista,
Quo petit ad, qua per, in ubi petit, unde petit de.
Hic illic istic alibi foris haec ad ubi das,

---

cit $PU^1$ accersit et acciet accit $p^3$ accissit . . . $U^6$ arcesscit . . . $\mu^1$ arcescit . . . R arcessit . . . — 128. P. Arcersit simul arcersit (sic) M $p^2$ Accersit simul arcessit $G^2p^3$ Accessit simul arcessit $U^{1.2.3}$ Arcessit simul accersit $U^{4.5}$ Arcessit simul accessit $U^6$ Arcesscit simul a. (sic) $U^7$ Accessit simul accersit. — 130. $PU^{1.2.7}$ Accit et accersit respondent . . . $U^{5.6}M\mu^1p^{1.2.3}$ Accit et arcessit ($U^6$ arcesscit) respondent . . . $U^4$ Accit quae remanet quartae tantum tribuatur. — 131. $G^1$ om. h. u. — 132. $U^3$ excipies $PU^{5.6}$ et quae componis ab illis $U^2$ et quae formantur ab istis $U^{3.7}G^2p^3$ et quae formantur ab illis $U^1G^1M\mu^1p^{1.2}$ om. h. u. — 133. P Con. dis. fus. glis. pos. infisco corusco no. cres. pas. $U^{1.3.5.6}G^1p^3$ Con. dis. cog. glis. pos. in. fus. ($U^3$
q̄sso co nosco co co co nisco co
scis.) co. nos. qui. a. cres. pas. $U^2$ Con. dis. cog. glis. his. fus. co. nos.
esco suesco co co
qui. a. cres. pos. (sequuntur uersus al. m. scripti hi: *Cresco compesco deposco pasco quiesco* || *Assuesco fusco* [9]*quesci* ⟨leg. *conquexi*⟩ *disco corusco* || *Infisco nosco cognosco gliscoque posco.*) $G^1\mu^1p^{1.2}$ om. uers. 133. (uers. 132. 133 iterum leguntur cap. XXVI.).

2. $U^{3.4.5.7}\mu^1p^2$ auctor $U^2M$ autor PR actor. — 3. P Adiectum codd. Adiunctum. — 5. $PG^1$ in ubi unde petit de $U^{4.5.6}M\mu^1p^{2.3}$ in ubi petit unde petit de $U^1G^2p^2$ ubi in petit unde petit de. — 6. $U^3$ Illic hic . . .

Hinc illinc istinc aliunde foris petit unde,
Huc illuc istuc alioque foras dabis ad quo,
Hac illac istac alia qua uult sibi iungi.
Quo poscit quartum responderi sibi casum,
Unde et qua sextum propriis sic esse locorum
  Declinabilibus collige nominibus.
Ast in ubi debet fieri uariatio quaedam.
Nomina si primae sint propria siue secundae
Et careant numero plurali, sit nota praesto.
Si quaeras per ubi, danda est tibi uox genitiui,
Nomina si primae plurale notentur habere
Tantum, tunc ad ubi debet sextus tibi subdi.
Propria consimilem quae tertia continet edent:
Romae Rotomagi Uernone moratur Athenis,
  Rure moratur humi militiaeque domi.
Romam Rotomagum Uernonem tendit Athenas,
  Rus tendebat humum militiamque domum.
Roma Rotomago Uernone meabat Athenis,
  Rure meabat humo militiaque domo.
Roma Rotomago Uernone redibat Athenis,
  Rure redibat humo militiaque domo.
*Intro* eo, sedet *intus* homo, uenit *inde deintus*,
  Egrediturque *foras*, stat *foris* ante scolas.

---

$U^{6}$ Illic istic . . . $U^{1}G^{2}$ dicas $U^{4}$ donat $U^{3}p^{1.2}$ da PR das. — 8. P aliisque $U^{5}$ alibi $p^{1}$ illoque $U^{2}$ dabis at quo $G^{1}$ om. h. u. — 9. P que uult sibi reddi $U^{2.4.5}G^{1}M\mu^{1}p^{1.2}$ qua uult sibi reddi $U^{1.3.6}$ qua uult sibi iungi $G^{2}$ qua uult sibi dici $U^{7}p^{1}$ qua uult sibi subdi. — 10. $G^{1}$ casum — quartum. — 11. $U^{2}p^{3}$ dic esse PR sic esse. — 13. P fieri debet uariatio quaedam $U^{5}$ quaedam fieri uariatio debet R debet fieri uariatio quaedam. — 14. $p^{1}$ sint primae si propria . . . — 15. $U^{1.6}$ Si careant . . . $G^{1}$ sit tibi praesto. — 16. $U^{3.5}$ tibi danda est . . . $p^{1}$ danda tibi . . . PR danda est tibi . . . — 17. $PU^{7}p^{3}$ notantur $\mu^{1}$ uocantur R notentur. — 18. P debet sextus quoque subdi $G^{1}$ debet sextus ibi iungi $p^{1}$ debet sextus ibi subdi $U^{1.3.7}p^{2.3}$ debet sextus tibi subdi $U^{2}$ debent sextis tibi subdi $U^{4.5.6}G^{2}\mu^{1}$ debet sextus sibi subdi M debet sextus tibi scribi. — 20. $U^{1.6}$ $Mp^{2}$ rotomagi PR rothomagi. — 22. $U^{6}$ ueronam. — 24. $U^{6}$ uerone. — 26. P athenas codd. athenis $U^{5}$ om. uers. 26. 27. — 29. $U^{2.5}$ ante fores PR ante scolas. (cf. XXIII 89: Ante scolas . . .).

*Eminus* ad longe, sed *comminus* ad prope spectat,
Huic extra caput est proprie, reliquo manus et con.
Indicat *ecce* mares et praeterea mulieres,
Ast hominem tantum, non plures indicat *eccum*,
Ast *eccam* tantum demonstrabit mulierem.
His prorsus similes *ellum* dic esse uel *ellam.*
Ad tempus *nunquam*, sed pertinet ad loca *nusquam*,
Sic de simplicibus istorum intellige dictum.
*Nunc* praesens tantum signat, *modo* tempora terna:
*Ista modo feci facio*que *modo faciam*que.
Et quandoque solet *modo* sic diuersificari:
Pro *paulo prius* et *paulo post* aut *aliquando.*
Designatiuum *tunc* temporis, ordinis est *tum*,
*Tum*que pro *et* saepe poni reperimus in arte.
*Heu* dat responsum, dic *heu* signare dolorem,
*Heus* uocat, et comicus *heus* dicit saepe uocando.
*Eia* monet uel *age*, sed laetitiam notat *euge*,
    Et totiens *agite* scribito sicut *age.*
Qui bene cuncta notat signatiuum sciet *inde*

---

31 $U^{2}$ Huic extra dicas capud et reliquo . . . $\mu^{1}$ Huic extra caput dicas reliquo . . . $G^{2}$ $p^{3}$ Huic caput est extra proprie reliquo . . . PR Huic extra caput est proprie reliquo . . . $U^{3\cdot 5\cdot 6\cdot 7}$ $G^{1}$ M $p^{2\cdot 3}$ manus et cum R manus et con (in P uers. deficit in uoce *manus*). — 33. $U^{1}$ At hominem $U^{7}$ Ast homines PR Ast hominem. — 34. $U^{6}$ Ad eccam — demonstrabis. — 37. P$U^{4}$ istorum $U^{1}$ $p^{3}$ horum $U^{6}$ horumque $U^{2\cdot 3\cdot 5}$ $p^{2}$ illorum M $\mu^{1}$ ipsorum $G^{1}$ $p^{1}$ ipm̄ $U^{7}$ ipsis. — 38. P tempus praesens $p^{1}$ praesens tempus R praesens tantum. — 39. $U^{2}$ modo facio faciamque modo modo feci $U^{3\cdot 5}$ modo feci facioque modo faciam tunc $U^{7}$ modo feci faciamque modo facioque PR modo feci facioque modo faciamque. — 40. $\mu^{1}$ modo solet (sequitur in cod $G^{1}$ uers pentam. *Ut modo sum monachus et modo canonicus.*). — 41. M et paulo post et aliquando $p^{2\cdot 3}$ aut paulo post aut aliquando (sequitur in codd $U^{1\cdot 2\cdot 3\cdot 4\cdot 6}$ $p^{1}$ pentam. *Ut* ($U^{2}$ *Et*) *modo sum monachus et modo canonicus.* abest a P et codd. reliquis. legitur in gl. Metulini.) 43. P $U^{1\cdot 6}$ M reperimus R reperitur. — 44. $U^{1}$ dat heu signare . . . P$U^{5}$ $p^{2}$ dic heu significare . . . $U^{6}$ heu dic significare . . . — 46. P et codd Eya $p^{1}$ et age $U^{2\cdot 7}$ $G^{1\cdot 2}$ $p^{1\cdot 2}$ sonat euge. — 47. P scriptitio $U^{1}$ $G^{2}$ ſcriptō $\mu^{1}$ ſcptio M $p^{2}$ scriptito $U^{2}$ scribite (expuncto *scriptito*) $U^{4\cdot 5\cdot 7}$ $p^{1\cdot 3}$ scribito $U^{6}$ dicito. — 48. $p^{1}$ functa (gl. *usitata*).

Ordinis et pariter temporis atque loci.
Designat uox ista *foras* ad, sed *foris* inde.
*Olim* praeteritum signat praesensque futurum,
*Milo* transpositum tria ducit tempora secum.
Praesens praeteritum *quondam* notat atque futurum.
Sicut olim *dudum* tria quodlibet indicat horum.
Est *iam* componens, est assumens geminatum,
Et dicas *etiam*, *iamiam*, dicas quoque *iamque*.
Hanc uocem *minime* reperimus saepe negando,
Et dicas *minime* significare *parum*.
Est personale proprie pariterque locale,
Et signatiuum temporis est *alias*.
*Ut* dic pro *sicut*, pro *postquam* dixeris illud,
Sicque notat simile, pariter tempus quoque saepe,
Quanque titas saepe significatur ab hoc:
*Ut uidi, ut timui, ut me dolor ussit inertem!*
Exspectatiuum sit *adhuc* quodcunque negaris,
Si quicquam affirmes, continuabit *adhuc*:
Antichristus adhuc non uiuit, Christus adhuc est.
*Omnino* qualis, *omnifariam*que localis.
Si dicas *afatim*, tunc significabit abunde,
Dicas *affatim*, facunde significabit:
Est afatos primi caput, affatumque secundi.

---

50. $U^{1.6}$ foris — foris P om. *ad*. — 51. $U^3$ praesens signatque. — 52 $U^1$ tria dīc tempora secum $\mu^1$ $p^3$ tria ducit tempora secum $U^4$ nōt tria tempora secum $U^6$ portat tria tempora secum $p^1$ confert tria tempora secum PR tria tempora significabit. — 53. $U^5$ notat quondam $G^{1.2}$ $\mu^1$ $p^{2.3}$ om. h. u. — 54. ($U^1$ $p^1$ habent uers. 51. 53. 54. 52. $U^4$ habet uers. 51. 53. 52. 54.). — 55. P competens $U^4$ est iā ſūmēs $U^5$ iā ꝯſūmēs. — 60. $U^3$ Significatiuum temporis est alias. — 61. $U^{1.2}$ dixeris illud $\mu^1$ dixerit illud $U^7$ ponitur illud M dicitur istud PR dicitur illud. — 65. $U^5$ q̄cūq; negabis $p^1$ quodque (gl. *illiꝰ rei*) negaris PR quodcūq; negaris. — 66 $U^2$ confirmes $U^1$ $\mu^1$ affirmas $U^6$ adfirmas PR affirmes $PU^{3.5.6}$ $G^2$ $\mu^1$ continuabis. — 67. $U^4$ adhuc non uenit $PU^{1.2.4}$ $G^{1.2}$ $\mu^1$ $p^2$ locabis. — 69. $PU^2$ M $p^1$ afatim R affatim P consignificabis $\mu^1$ tunc significabis $U^{1.6}$ $G^2$ M $p^3$ tunc significabit R consignificabit. — 70. $U^3$ Dicens affatim $U^{1.2.4}$ $p^3$ significabit PR significabis. — 71. $U^4$ afficloque secundi $p^1$ affariq; (ł affatūq;) secundi $PU^1$

Dic idioma meum consignificare *meatim*,
Usum uel mores dic significare *meapte*.
Uoces consimiles *tua* uel *sua* sunt in eodem.
Sunt aduerbia *ter*, inflexio tertia format:
Rectus in ens uel in ans s in ter mutat ut amans,
Si secus est uero, sub fine ter adde datiuo,
Hoc generale feras, nisi syncopa destruit illud.
*Nudius* incertum tempus demonstrat, at illi
*Tertius* addatur, iam certum significabit.
Multimodum tempus signant aduerbia quaedam,
Ut *lego persaepe*, *legi persaepe*, *legam*que.
Sunt quae dicantur contra sub tempore solo:
*Cras* illud *dicam*, *dico nunc*, *antea dixi*.
Multimodumque modum quaerunt aduerbia quaedam,
Quaedam discrete nec multimode uariantur.
*Num* simul et *numquid* coniungimus indicatiuo,
Nam proprie semper interrogat indicatiuus,
At nisi componas *non*, non datur imperatiuo.
Cum *si* coniungant *utinam*, *ne*, quatenus optant.

affatimque $U^{3}$ afatimque $U^{2}$ $p^{3}$ afatumque R affatumque (gl. *afatos graece quod est abundanter latine.*). — 72. P significare meaptim $U^{6}$ consignificare meaptim R consignificare meatim. — 73. $p^{2}$ dic insinuare me abte (sic) $G^{2}$ $p^{3}$ dic significare meate PR dic significare meapte. — 74. M assimiles P $U^{1.5.7}$ $\mu^{1}$ $p^{3}$ sua uel tua $G^{2}$ sua tua $U^{6}$ tua uel sua R mea uel tua. — 75. P inflectio tertia dicit $U^{1.2}$ inflexio tertia dicit $U^{6}$ infiexio tertia ducit $U^{4}$ inflexio tertia fertur $p^{2}$ inflectio tertia format R inflexio tertia format. — 76. $U^{2.5.7}$ $G^{1.2}$ $p^{2.3}$ in ans uel in ens PR in ens uel in ans $U^{5.7}$ $p^{1.2.3}$ ut amens. — 78. $U^{1.7}$ destruit PR destruat. — 79. $U^{3}$ demonstrat $U^{2}$ $G^{1}$ tempus designat $U^{6}$ tibi tempus significabis PR tempus demonstrat. — 80. $U^{4}$ certum tibi significabit. — 81. — P Multimode codd. Multimodum $U^{2}$ designant — 82. (hoc uersu deficit cod. $G^{2}$). — 83. $U^{2}$ Sunt contra quae dicantur . . . — 84. $U^{3.4.7}$ $G^{1}$ $p^{2}$ istud PR illud M dicas $U^{6}$ antea dico. — 85. P $p^{2}$ Multimodeque $U^{2}$ Multimodiſq; (e (al. m.)) $U^{5}$ Multimodisque R Multimodumque $\mu^{1}$ quaedam aduerbia quaerunt ($p^{1}$ om. uers. 82. 83. 84. 85.). — 86. $U^{7}$ diserte $U^{3}$ non multimode $U^{5}$ nūc multimodo $\mu^{1}$ nūc multimode PR nec multimode. — 88. ($U^{4}$ om. h. u.). — 89. P Ac nisi . . . $U^{1.7}$ $G^{1}$ $\mu^{1}$ Ast nisi . . . $p^{3}$ Et nisi . . . R At nisi . . . — 90. $U^{1.5}$ coniungant $U^{4.6}$ coniungit PR coniungunt $U^{2.6.7}$ M $p^{2.3}$ quatinus.

Ast infinitus nil quaerit ut imperatiuus,
Et tamen huic semper hortandi aduerbia iunge.
At sine participe nil plene uel sine uerbo
Significant ista, nisi ponis siue subaudis.
Ast huius partis pars quaelibet est caput et fons:
*Docte* de *doctus*, *hinc* ex pronomine dicas,
A *sto stas statim*, a *sensu* dicito *sensim*,
*Saepius* a *saepe*, *nequaquam* de *neque* sume,
Dicis ab *ex extra*, sed ab *o* deducitur *o si*.
Iunge *necessario* cum uerbo quolibet, inde
Cum substantiuo tu semper iunge *necesse*.
Significatio sit anormala semper in istis:
*Funditus* et *passim satius*que *fere* quoque *statim*,
*Dumtaxat sane sensim actutum* quoque *ualde*.
Dicantur recte simul haec anormala uoce:
Ut *semel* ex *unus*, *bis* a *duo* sic reperimus.
Saepius *unde* refert, interrogat *unde* frequenter,
Ac uno dempto reperitur rarius *unde*.

---

91. $U^{3.5}$ $p^3$ Infinitiuus nil quaerit $U^{6.7}$ M At infinitus nil quaerit PR Ast infinitus nil quaerit. — 92. M orandi $U^2$ iungas $U^4$ iunges $\mu^1$ iuncta PR iunge. — 93. P $p^3$ Ac sine . . . $\mu^1$ Et sine $U^2$ Ast sine . . . M Ast nisi . . . R At sine . . . $U^{1.2.6}$ $G^1$ $\mu^1$ $p^3$ nil sine uerbo. — 94. (gl. *Aduerbium nihil significat, nisi uerbo uel participio iungatur uel nisi uerbum uel participium subintelligatur.*). — 95. P$U^{3.7}$ $p^2$ Ac huius . . . $U^{2.4}$ At huius . . . R Ast huius . . . $U^1$ aut fons. — 96. $U^4$ $G^1$ Doctus de docte PM $\mu^1$ $p^{2.3}$ hic ex pronomine dicas $U^3$ hic ex pronomine dicis $U^4$ hic ex pronomine dices $U^2$ hic de pronomine dicis $U^7$ hoc ex pronomine dicas $U^1$ $G^1$ hinc ex pronomine dicas $p^1$ hinc ex pronomine dicis $U^{5.6}$ hinc de pronomine dicas. — 97. $U^{3.4.7}$ $G^1$ M $p^{1.2}$ de sensu $U^2$ $\mu^1$ de senso PR a sensu. — 99. $U^1$ Dicitur . . . $U^5$ Dicas . . . — 101. $U^{1.6}$ tu semper iunge $U^2$ semper coniunge PR semper tu iunge $\mu^1$ necesse est. — 102 P anomala $U^{1.2.4.7}$ M $\mu^1$ $p^{1.2.3}$ anormala $U^{3.6}$ anormola $U^5$ anormula. — 103. $U^2$ saneque (pro *satiusque*). — 104. $U^2$ satius (pro *sane*). — 105 P anomala $U^6$ anormola R anormala. — 106. $U^2$ ab uno sic a duo bis . . . $U^3$ ex unus bis ex duo sic . . . $U^4$ ex uno bis a duo sic . . . $U^6$ $G^1$ ex unus bis ad duo sic . . . PR ex unus bis a duo sic . . . — 108. $U^5$ M At . . . PR Ac . . . ($U^6$ Hac . . .) $U^{2.5}$ $p^3$ reperimus (gl. cod. $U^2$: *uno dempto a uiginti.*).

*Quorsum* uel *quorsus* haec in *sum* dico uel in *sus*:
*Aduersus uersum rursum prorsum* quoque *sursum*,
Sicque *sinistrorsum dextrorsum* siue *deorsum.*
Dic *per* pro *ualde*, pro *non*, iurat quoque saepe:
*Perfide*, *perpulcher*, *per Christum* exempla notato.
Dicas *humane* uel *diuine* simili re,
Ast *humanitus* ac *diuinitus* haec ais in re.
Praesens, praeteritum uult *quondam* siue futurum:
*Hoc quondam feci*, '*quondam tua dicere facta*
*Tempus erit*', potes exemplum dare Uirgilianum
'*Quondam etiam uictis redit in praecordia uirtus*'.
Si dicas '*quando uenisti?*' interrogat, at si
'*Quando solus eram*,' respondet, '*quando ualebo*
*Tunc ueniam*', sic infinitum significabit,
At persaepe loco *quia* ponitur aut *aliquando.*
Da coniunctiuum *quasi ceu tanquam* tribus istis,
Coniunctumque aliis praebeto uel indicatiuum.
Inuenies pro *sicut uti*, pro *quatenus* autem:
*Multotiens dominus praecepit*, *uti facias hoc.*

---

110. P $U^2$ Aduersus uersum rursum prorsus quoque sursum $U^1$ $p^{1.3}$ Aduersus uersum rursum prorsum quoque sursum $U^{3.4.6}$ Aduersus uersum rursus prorsus ($U^6$ prohorsus) quoque sursum $U^{5.7}$ Aduersum uersus rursum quorsum quoque sursum $G^1$ M $p^2$ Aduersum uersum rursum prorsum quoque sursum $\mu^1$ Aduersus uersum rursum prorsum dextrorsum siue deorsum. — 111. P $p^2$ Dicque R Sicque M siue seorsum. — 113. $U^6$ exempla tibi do $G^1$ M $\mu^1$ $p^{1.2}$ exempla teneto $U^7$ ista teneto P R exempla notato. — 115. $U^1$ ac diuinitus $U^{4.6.7}$ $G^1$ nel diuinitus P R aut diuinitus $U^{1.3.5}$ haec agis in re $G^1$ haec ais uere P R haec ais in re. — 116. $U^2$ quondam notat atque futurum. — 117. P Hoc feci quondam codd. Hoc quondam feci. — 120. $U^2$ Si dicat (gl. *lector*) P R Si dicas P $U^1$ $\mu^1$ ac si. — 121. $p^{1.3}$ respondes. — 122. $p^2$ significabis. — 123. P $U^4$ Ac . . . $U^7$ Aut . . . R At . . . — 124. $U^3$ Das . . . $\mu^1$ Dat . . . $U^{3.5}$ tanquam quasi ceu $U^6$ quasi tanquam ceu. — 125. $U^6$ $p^2$ Coniunctiuum aliis praebeo . . . $U^{1.2.5}$ $G^1$ Coniunctumque aliis praebeo . . . $p^3$ Coniunctumque aliis praebebo . . . $\mu^1$ $p^{1.2}$ Coniunctum aliis praebeto . . . P R Coniunctumque aliis praebeto . . . — 126. $U^4$ pro quatinus uti $U^7$ pro quatinus atque P $U^1$ M $p^{2.3}$ pro quatinus autem R pro quatenus autem. — 127. P $U^1$ $\mu^1$ dominus praecepit R tibi rex praecepit.

Dic *adeo tantum*, dicas *adeo* quoque *certe*,
Affirmatiue dicas et quantitatiue.
Ut quidam dicunt, *sodes* uerbum comicum sit,
Ast alii dicunt, quod *sodes* esto *sodalis*,
Et tamen est inter hortandi aduerbia postum.
Pro *tantummodo dum* dicatur, et inde Lucanus:
*Dux sit in his castris senior, dum miles in illis.*
Ac *dum* pro *donec* ponit physiologus ipse:
*Natus non uigilat dum sol se tertio gyrat.*
*Dum* pro *cum* saepe reperitur temporis esse.
Pro *pariter* dic esse *simul*, sic congregat inde,
Pro *postquam* dic esse *simul*, sic tempora signat.
Si *paulo minus* est oratio comparat, inde
Esto *fere*, si dictio sit *paulominus* una.
Quaerit *ubi*, respondet *ubi*, dicas *ubi postquam*,
Ast infinitum sit *ubi:* Thebaidos auctor
'*Est ubi dat uires nimius timor*' approbat illud.
*Hic* pro *tunc* saepe reperitur temporis esse,
*Hic*que locum signat saepius et proprie.
*Inde* locum signat, tempus quandoque, sed usus
Insinuat uere persaepius ordinis esse.
*Sic* monstrat simile, *sic* iurat, Maroque dicit
'*Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos*'.
Si bene quaeque notes, si singula uerba retractes:

---

130. $G^1$ Et quidam . . . $p^2$ At quidam . . . P $U^1$ M comicum est R comicum sit. — 131. $U^7$ Ac quidam . . . $p^3$ Ac alii . . . $U^1$ esto sodales. — 133. $U^3$ dicetur. — 134. $U^1$ $\mu^1$ Dux est . . . $U^{4.7}$ $G^1$ dum miles in istis. — 135. P $p^3$ Ac . . . $G^1$ $p^2$ Et . . . R At . . . P $U^7$ phisologus $G^1$ phizologus $U^4$ $p^3$ philosophus $U^5$ phylosophycus $U^6$ M physiologus R phisiologus $p^1$ om. h. u. — 136. $\mu^1$ dum se sol . . . (gl. *leonculus nascitur mortuus, sed in tertia die uiuificatur leo.*). — 137. $U^{2.3}$ $p^3$ reperimus. — 139. $U^5$ om. h. u. ($U^{2.4}$ $G^1$ $\mu^1$ habent uers. 139. 138.). — 143. P $U^{2.3}$ M Ast infinitum sit ubi $U^1$ Ast ubi sit infinitum $G^1$ Ast infinitum tibi sit $U^{4.6}$ At infinitiuū sit ubi $U^7$ $p^1$ At infinitum sit ubi $\mu^1$ $p^{2.3}$ Ac infinitum sit ubi P $U^6$ M $\mu^1$ $p^3$ actor. — 145. P temporis reperitur esse. — 147. $G^1$ om. h. u. — 149. P dixit codd. dicit. — 151. P Si bene cuncta notes codd. Si bene q̄q; notes.

*O* stupet, *o* dubitat, uocat, indignatur et optat,
Clamat, conqueritur, uelut exemplis reperitur:
*O quibus, o quantis, o qualibus es uiduata!*
*O — quam te memorem, uirgo? namque haud tibi uultus* ...
*O regina, nouam cui condere Iuppiter urbem* . . .
*Adsis o tantum et propius tua munera firmes!*
*Perdidit o qualem uincendo plura triumphum!*
*O male uicinis haec moenia condita Gallis!*
Pluribus est *agite* dicendum, dic *age* soli,
*Eia* dic cuiuis, sit Uirgilius tibi testis:
*Ergo agite, o iuuenes, surge age, care pater.*
Haec aduerbia si recites *pariter simul una,*
Sunt unitiua temporis atque loci.
Tempus idem signant simul ista locum uel eundem.
Dic *secus* esse *aliter iuxta*que localiter *unum*
Dices, ast illud tu dices qualitatiue.
Esse negatiuam dicas uel comparatiuam
Hanc uocem *minus* et contraria significare,
Unde *minus prudens* pro *stultior* accipiatur.
Ex adiectiuis ueniunt aduerbia saepe,
Nominibus propriis ueniunt aduerbia raro.
*Usque* locum saepe, *donec* tantummodo tempus,
Tempus siue locum dic significare *quousque.*
Prae uel post poni possunt aduerbia uerbis
*Non* uel *ne dum cum* praeter monosyllaba tantum.

---

152. P uocat o: dignatur et optat $U^{5}\mu^{1}$ notat indignatur et optat R uocat indignatur et optat. — 153. $p^{1}$ Clamat et queritur . . . $U^{2}$ ut in exemplis reperitur P R uelut exemplis ... — 158. $p^{1}$ plures uincendo. — 161. P $U^{1.5}\mu^{1}$ est úgilius tibi testis $U^{6}$ úgilius est tibi testis R sit úgilius tibi testis. — 164. $U^{1.2.5}G^{1}\mu^{1}p^{1.3}$ unatiua $p^{2}$ unitatiua P R unitiua (gl. cod. $U^{2}$: ⁹*gregatiua*). — 165. P locum et eundem. — 167. P ac illud $U^{1.4}\mu^{1}$ ast illud R ast aliud $U^{3}p^{1}$ dices tu M dicas tu $U^{2.4}p^{2}$ tu dicas P R tu dices. — 168. P Ecce . . . $U^{4.7}G^{1}$ M $p^{2}$ dicas P R dices $U^{2.5}$ et comparatiuam. — 169. $U^{3}$ slgnificabis. — 175. P $U^{4}G^{1}$ Praeponi uel postponi possunt aduérbia uerbis $U^{1.5.6}\mu^{1}p^{3}$ Prae uel post poni possunt . . . $U^{7}$ M $p^{1.2}$ Praeponi uel post possunt ... $U^{2}$ Praeponas uel postponas ... — 176. $U^{4.6}$ cum dum. (P et codd. plerique: praeter haec . . . repugnante ratione metrica. abest *haec* a codd. $G^{1}\mu^{1}p^{1}$.).

Demonstratiua simul aut interrogatiua
Et dubitatiua semper sunt praepositiua,
His hortatiua simul optatiua marites.
Semper acuta manet *aliquando* secunda, sed inde
Tertia quam citius acuatur in hoc *aliquanto.*
Dicas improprium *quasi* consimileque notare,
Atque rei uerum significare *quasi:*
*Noxque diesque quasi contraria, tu quasi stultus,*
*Ast unigenitum quasi uidimus a patre natum.*
Demonstrant numerum quandoque aduerbia: *mecum*
Siue etiam *tecum* dicas singlaria *secum,*
*No.* uel *uobiscum* pluralia dicimus esse.
Quaedam coniurant et quaedam aduerbia iurant,
Coniurant *ita, sic,* sed iurant *Hercule, Castor.*
Ut quidam dicunt, casus aduerbia poscunt:
*Ecce Mecenatem* dicunt *pridie*que *Kalendas.*
Copulat interdum, quandoque est comparatiuum
Haec uox *quam,* cum qua quoque tu superadicias *tam.*
*Quam cito, confestim, mox, protinus, illico, statim,*
*Continuo, propere, uelociter* et *properanter,*
*Cursim, festine, festinanter*que, *repente,*
*Actutum, celere, cito, mature subito*que
Uere haec dena nouem sensu retinentur eodem.

---

179. $U^3$ marita. — 180. M $p^2$ fiet P R manet. — 182. P improprie — consimileque codd. improprium — consimilemque. — 185. (gl. *Hucusque secutus est actor Priscianum in expositione aduerbiorum, nunc autem sequitur Donatum dicens, quod aduerbia aliquando demonstrant numerum singularem, ut mecum tecum secum, aliquando demonstrant pluralem, ut nobiscum uobiscum.*). — 187. P $U^{5.7}$ $G^1$ $p^3$ singularia. — 188. P $U^{1.6}$ $\mu^1$ Nobis et uobis . . . $U^4$ Nobiscum uel uobiscum . . . $U^{2.7}$ No uel uobiscum . . . $U^3$ Uo uel nobiscum . . . M Nos uel nobiscum . . . $G^1$ $p^2$ Hiis uel nobiscum . . . $p^1$ biſ uł nobiſc⁹. — 189. $U^{1.5.6}$ quaedam (om. *et*) $p^3$ quaedamque. — 190. $U^2$ iurant haec castor et hercle. — 192. P me cenantem $U^7$ mencedē $G^1$ meneciadē R mecenatē $U^4$ calendas P R Kalendas. — 194. $U^{1.2.5.6.7}$ $G^1$ $p^{1.3}$ superaddicias. — 195. $U^{1.2.4.7}$ $G^1$ $p^2$ Concito P mox ocius ilico . . . $U^1$ protinus mox illico . . . R mox protinus illico . . . — 196. ($G^1$ M om. h. u.). — 199. $p^3$ tenentur $U^{1.4.5.6}$ $G^1$ $\mu^1$ clauduntur P R retinentur.

Si nil praecedat, *ne* pro *non* dico frequenter,
Si quid praecedat, pro *ut non* conuenienter:
'*Ne facies* dicas '*oroque ne facias*'.
*Humane*, *dure*, *large*, *firme*que, *benigne*,
*Ignaue*que, *probe* uel *auare* siue *seuere*,
Inde *noue*, *plene* uel *abunde* siue *proterue*
Dicis in *er* uel in *e*, quamuis sint illa secundae.
Quod pendet, similat, monstrat, rogat, eligit, optat
Praecedit rectum, succedunt cetera uerbum:
Ut *postquam*, *sicut*, *en*, *cur*, *quinimo utinam*que.
Obliquos saepe casus aduerbia quaerunt
*Tunc*, *ubi*, *sat*, *mage*, *multum*, *plus*, *uiam*, *pridie* et *heu*, *o:*
*Plus magis* exquirunt genitiuum quantitatiue,
Ast ablatiuum donabis qualitatiue.
Principium finemque notant simul *intrin.* et *extrin.*,
*Intrin.* personae sunt possessiua prioris,
Si bene disseritur, hic principium notat *intrin.*
Dic aspirandas intrinsecus esse sonantes,
  Hic tantum finem dico notare rei.
Illud idem faciet haec uox *extrinsecus*, unde
  Haec exempla probant, quae tibi dicta prius.
Tu *plus* siue *magis* non addas comparatiuis,
*Tam* uel *quam* pariter potes addere conuenienter.

---

200. $U^{3}$ praecedit. — 201. $U^{1}M p^{2.3}$ praecedit $U^{2.7}G^{1}$ pro ut non P R pro ut et non. — 202. $U^{4}$ Ne facies dicas $U^{2.6}p^{1.3}$ Ne facias dicas $U^{7}$ Ne facias dices $U^{5}$ Ne dicas facies P R Ne facies dices $U^{7}$ poscoque . . . — 203. $G^{1}$ digne (pro *dure*) M firme largeque. — 204. M amare. — 207. $U^{1.5}G^{1}\mu^{1}p^{1.2}$ pendit P plendet R pendet $U^{1.7}p^{1.3}$ petit P R rogat (gl. *Omne aduerbium suspensionem significans ut 'postquam', uel similitudinem ut 'sicut', uel demonstrationem ut 'en ecce', uel interrogationem ut 'cur quare', uel electionem ut 'quinimo', uel optationem ut 'utinam' debent praecedere uerba. alia uero aduerbia praeter ista debent postponi.*). — 210. $U^{1.3.5.7}\mu^{1}p^{2}$ casus aduerbia quaerunt $U^{2.4}$ poscunt aduerbia casus P R casus aduerbia poscunt. — 211. $U^{2}M$ pridie et ecce (gl. *uiam ponit pro obuiam causa metri.*). — 214. $U^{1.3.4.6}$ notat $p^{1}$ tenent P R notant M extrin et intrin (al. m.). — 220. $U^{2}$ notant. — 221. $U^{1.5.6}\mu^{1}$ addis P R addas.